PRAXIS AVREA QVOTIDIANARVM RERVM ECCLESIASTICI FORI.

In qua Variæ Iuridicæ Reſolutiones ex approbatis traditionibus Doctorum, atque diuerſorum Tribunalium, præſertim Rotæ Romanæ Deciſionibus, excerptæ, continentur.

PARS QVINTA.

Adhuc prætereà, & COLLECTANEA reſidua, (DECIMAM earum partem dixeris) ad varias S. Conc. Trident. loca, Iuris Canonici, & Pontificij Conſtitutiones; Item Communes, & Regni Neap. Leges, & Pragmaticas ſunt annexa.

Vnà cum QVÆSTIONIBVS ad nonnullas Iuris Deciſiones.

AVTHORE

IOANNE ALOYSIO RICCIO,

PATRITIO, ET CANONICO OLIM NEAPOL.

Poſteà VICI EQVENSIS EPISCOPO.

Opus Poſthumum,

Suis aptè Summarijs, ac Indicibus Uberrimis locupletatum.



VENETIIS, Penès Turrinum. MDCLXIII.

SVPERIORVM PERMISSV, ET PRIVILEGIIS.

Digitized by Google

Digitized by Google

MATERIARVM ELENCHVS QVINTÆ PARTIS AVREÆ PRAXIS.

PRAXIS Iuſtificationis, Narratiuarum, Gratiarum Apoſtolicarum, ad Ornatum Concilij Tridentini, ſeſſ. 13. c. 5. pag. 1
Praxis Libertatis Matrimonialis. 12
Praxis Executionis Vltimarum Voluntatum. 18
Praxis Conſecrationis Epiſcoporum. 22
Praxis Bonæ Obſeruantiæ, & legis Epiſcoporum cum Baronibus Diœceſis. pag. 25
Praxis Diſpenſationum, quæ ab Epiſcopis, locorum Ordinarijs, impartiri iuridicè poſſunt. 32
Praxis Vſus Pontificalium. 46
Praxis Profanationis Eccleſiarum. 52
Praxis Criminis Concubinatus; eiuſque pœnæ, iuxta Concil. Tridentin. ſeries. 56
Praxis Cognitionis Regularium, extra Clauſtra delinquentium. 68
Praxis Probandi Negatiuam Publicationum non factarum à Reſignatario, Ad Ornatum Bullæ Gregorij XIII. 73
Praxis Derogationis Legum, ac Conciliarium Conſtitutionum. 80
Praxis Criminis impedientium executionem Litterarum Apoſtolicarum. pag. 86
Praxis Vetitæ Lectionis Librorum prohibitorum. 88

F I N I S.

Digitized by Google

INDEX RESOLVTIONVM

Quæ in hac QVINTA PRAXIS PARTE continentur.

B

Bona Eccleſiæ profanatæ an poſſint vendi, inconſulto Romano Pontifice. pag. 55.

C

Cenſura Canonis Bullæ Cœnæ contra impedientes executionem litterarum Apoſtolicarum, quas perſonas comprehendat. pag. 86.

Cenſura hæc an procedat contra impedientes executionem litterarum Apoſtolicarum, Delegatorum. pag. 87.

Clauſul. Attento conſenſu maioris partis, poſita in Breui, an ſit verificanda. p. 8.

Clericus habens acceſſum carnalem per tres vices ad mulierem ſuſpectam, an dicatur habere cum ea cõſuetudinem, vt poſſit tamquam concubinarius puniri virtute Concilij. pag. 64.

Clericus concubinarius, ſi aliquod habeat Beneficium in commendam, Num priuari poſſit fructibus illius. pag. 67

Clericus Concubinarius, habens Fratantiam, an poſſit priuari eius fructibus, vel ipſa, iuxta formam Concilij. ibid.

Concilijs generalibus, an intelligatur derogatum per Clauſulam, Non obſtantibus Conſtitutionibus Apoſtolicis. pag. 83.

Concilio Tridentino an inducatur derogatio, ſi materia ſit ei contraria, quamuis mentio ſpecialis non fiat. pag. 85

Conciliaris Conſtitutio quęnam dicatur. ibid.

Concubinarius quando quis dicatur, vt incidat in pœnas Sacri Concilij Trid. tàm ſeſſ. 24. c. 8. quàm ſeſſ. 25. c. 14. p. 56

Concubinarius ex quibus actibus deducatur, & probetur. pag. 57

Vt Concubinarius poſſit puniri, iuxta Concilium, an requiratur vt tres monitiones fiant cum temporum interuallo. pag. 57

Concubinarius an poſſit puniri pœnis Concilij, ſi trina monitio non fuit perſonalis, ſed edictalis. pag. 58

Concubinarius Notorius an poſſit puniri pœnis Concilij abſque trina monitione. pag. 60

Concubinarij, dum in Concilio præcipitur, vt puniantur à locorum Ordinarijs, an poſſint pariter puniri à Iudicibus laicis. pag. 62

Concubina Clerici, an poſſit puniri à Iudice Eccleſiaſtico. pag. 64

Concubinarius quis an appellandus ſit ex ſimplici incontinentia; ita vt poſſit puniri pœnà contenta in S. C. Trid. pag. 67

Conditio nubendi cum conſenſu alterius, adiecta in legato facto puellæ, an ſit contra libertatem matrimonij. p. 13

Conditio, ſi matrimonium cum tali contraxerit, num ſit contra libertatem Matrimonij. pag. 13

Conditio nubendi cum conſanguineo, adiecta in legato facto puellæ, an ſit contra libertatem Matrimonij, & ſit reijciendum. pag. 14

Conditio contrahendi Matrimonium cũ Conſilio alicuius, an ſit contra libertatem matrimonij. & ſit reijciendum.

Confeſſio Reſignatarij circa publicationem non factam, non probat negatiuam non factæ publicationis. pag. 78

Ad Conſecrationem Epiſcopi an exigatur

tur

tur vt ſit de legitimo matrimonio natus. pag. 22.
Conſecrationis munus ſuſcipere tenetur Epiſcopus infrà tres menſes. pag.23
Ad Conſecrationem Epiſcoporum an requiratur pariter, vt ſit Doctor in aliqua ſcientia. pag.24
Conſecratio Epiſcoporum, die Dominica eſt facienda.p.24
Clementina contra impedientes executionem litterarum Apoſtolicarum nō procedit contra non obtemperantes ipſis litteris Apoſtolicis. pag.87
Cur S. C. Tridentinum in ſeſſ.4.vetuit lectionem librorum damnatorum.p.88

D

Decretum irritans an leget ipſum Papam, vbi illi non fuerit in ſpecie derogatum. pag.84
Super defectu ætatis, an Epiſcopus diſpenſare poſſit. pag.44
Delinquens in oſtio Clauſtri, an dicatur delinquere extra clauſtra, ad effectum vt poſſit ab Ordinario puniri. pag. 68
Derogatio etiam ſpecialiter, & in indiuiduo an operetur in Regul. de iure quæſito non tollendo. p.83
De dignitate Epiſcopi, multa; & quæ per eum ſint ſeruanda. pag. 26
Diſpenſatio tacita Epiſcoporum locorum Ordinariorum, an ſuffragetur. pag. 32
Diſpenſare an valeant Vicarij Epiſcoporum in caſibus, in quibus poſſunt Epiſcopi. pag.33
Diſpenſatio, quæ poteſt concedi ab Epiſcopis, an poſsit pariter impartiri ab habentibus Iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem.pag.34
Diſpenſabiles caſus per Epiſcopos, an poſſint concedi per Capitulum, Sede Vacante, & eius Vicarium. pag.34

E

Eccleſia quando eſt profananda. p.12
Eccleſia profanata an poſsit concedi pro vſu Hyſtrionum. p.54
Si Eccleſia, quæ collabitur, habet ſufficientes redditus, verum non ſufficiunt pro victu Rectoris, an poſsit profanari. pag. 55
Epiſcopus an poſſit Regulares compellere ad reddendam rationem, ſi fuerint relicti executores teſtamenti. pag.21
Epiſcopus minor triginta annorum an ſit conſecrandus. pag.22
Ad Epiſcopatum promouendus, & conſequenter ad conſecrationem recipiēdus, an debeat eſſe ſaltem ſex menſes ante, conſtitutus in Ordine Sacerdotali. pag.23
Epiſcopi cur debeant ab omnibus Baronibus earum Diœceſium honorari; & ijs in nullo ſubeſſe. pag.27
Epiſcopus an poſſit diſpenſare in publicationibus Matrimoniorum. pag. 35.
Epiſcopus an poſſit diſpenſare cum depoſito verbaliter. pag. 36
Epiſcopus an poſſit diſpenſare ad duo beneficia ſimplicia, ſub eodem tecto. pag.36
Epiſcopus an poſsit diſpenſare contra Concilium.pag. 37
Epiſcopus an poſsit diſpenſare contra Conſtitutiones, ſeu Synodum Diœceſanam.pag.38
Epiſcopus, qui regulariter diſpenſare non poteſt contra ius Canonicum, an poſsit ſtatuendo adiuuare dictum ius Canonicum.pag.39
Epiſcopus an poſsit diſpenſare cum Simoniaco in Ordine, vel Beneficio.p.40
Epiſcopus an poſsit diſpenſare cum illegitimis quoad ordines, & beneficia. pag.43
Epiſcopus an poſsit diſpenſare cum Clerico non ordinato miniſtrante. p.44
Epiſcopus an poſsit diſpenſare poſt Concilium cum illegitimo, ad obtinendum Canonicatum Eccleſiæ Cathedralis. pag.44
Epiſcopus an poſsit diſpenſare cum illegitimo, vt poſsit obtinere dimidias portiones. pag.45
Epiſcopus an poſsit diſpenſare cum eius ſubdito, promoto ab alieno Epiſcopo. pag.45.
Epiſcopus ſuſpenſus à Pontificalibus, ſi exerceat Pontificalia, an ſit irregularis. pag.49
Epiſcopus celebrans Miſſam Pontificaliter

ter in aliena Diœceſi, abſque expreſſa licentia proprij Ordinarij, an incidat in pœnam Sac. Concil. Trid. pag. 50.
Epiſcopus an præſente Legato de latere, vel Cardinali in Ciuitate, & Diœceſi, cui præeſt, poſſit vti inſignibus Pontificalibus? pag. 50
Epiſcopus an poſſit concubinarium in prima monitione, pœna pecuniaria punire. pag. 61
Epiſcopus differens capere informationes, & regularem petentem remittere, vt ipſum vexet carcere, an incurrat Excommunicationem. pag. 72
Epiſcopus an poſſit diſpenſare in lege Canonica. pag. 80
Ex actibus, ſeu copulis interruptis, habitis cum eadē fœmina, an inducatur concubinatus, ad effectum vt puniri poſſit pœna, à S. C. T. inflicta.
Executio relictorum piorum, an ſpectet ad vtrumque Iudicem. pag. 14

G

AD Grauitatem Epiſcopi, quæ ſpectant? pag. 28

H

HAbens conſuetudinem carnalem cum muliere, quæ rem carnalem cum alio habet, an dicatur concubinarius? pag. 66

I

IMpetrans gratiam, cenſetur fateri omnia in ſupplicatione contenta, & proinde non tenetur illam iuſtificare. pag. 6
Impediens executionem litterarum Apoſtolicarum, animo ſupplicandi Sanctiſsimum, an incidat in cenſuras Bullæ. pag. 86
In caſibus in quibus reſignatarius tenetur probare publicationem, qualiter id probare debeat. pag. 77
In obſeruandis ſacris canonibus, an Epiſcopus poſſit vti Epikeia? pag. 82
Iuri monendi an concubinarius renunciare poſſit? pag. 59
Iuſtificatio Narratiuæ excludit exceptionem ſubreptionis, & obreptionis. p. 1
Iuſtificatio qualitatuum Narratiuæ, an ſit neceſſaria, vt obreptionis, & ſubreptionis exceptio remoueatur. pag. 2

L

LEgens minimam partem librorum prohibitorum, num in Excommunicationis labem incidat? pag. 90
Legentes Additiones, & Scholia ad Hæreticorum libros, num ſint Excommunicati. pag. 90
Licentiam exercendi Pontificalia in aliena Diœceſi, an poſſit concedere Capitulum, Sede Vacante. pag. 47
Licentiam exercendi Pontificalia an poſſit concedere Vicarius Generalis Epiſcopi. pag. 48
Ligna, & cœmenta Eccleſiæ profanatæ, cui applicanda ſunt. pag. 54

M

MAnens extra Clauſtrum de licentia Superioris, ſi delinquat, an poſſit capi ab Ordinario loci. pag. 70
Manens in domo deſtinata ad erectionē Monaſterij, an degere dicatur in Clauſtris; ita vt ſi deliquerit extra eam, poſſit ab Ordinario puniri. pag. 70
Mobilia Eccleſiæ an poſſint profanari, quemadmodum immobilia. pag. 52
Monitio neceſſaria eſt, ad effectum, vt data negligentia hæredis, ad Epiſcopum deuoluatur exequendi poteſtas. p. 20
Monitio, vt Concubinarius puniri poſſit iuxta mentem Concilij, debet eſſe competens. pag. 59
Monitio facta in Synodo, an habeat vim trinæ monitionis, ad effectum puniendi Concubinarium ex vi Sac. Concilij.

N

NArratiua gratiæ an ſit iuſtificanda, quoties eſt negatiuè concepta. p. 3
Narratiua diſpenſationis an ſit iuſtificanda. pag. 4
Narratiua an ſit iuſtificanda, vbi apparet, Pontificem nolle ſuas litteras impugnari. pag. 5
Narrata in gratia Authoris an ſint iuſtifican-

Digitized by Google

ficanda per ſucceſſorem. pag. 7
Narratiua an ſit iuſtificanda quando proceditur per executores Apoſtolicos. pag. 9.
Narratiua, quatenus dignius reperiatur, appoſita in gratia, in forma, Dignum, an ſit iuſtificanda. pag. 9
Narratiua in caſibus, in quibus eſt iuſtificanda, an exigat plenã, vel ſemiplenam iuſtificationem. pag. 11.
Negatiua non factę publicationis an probetur ex publicatione facta extra tempus. pag. 78
Negatiua non publicationis, num probetur ex collatione facta reſignatario poſt tempus ad publicandum. pag. 79
Notorius Concubinarius quis dicatur, ad effectum puniendi illum virtute Concilij. pag. 62

O

DE Obligationibus Epiſcoporum nonnulla. pag. 29
Onus probandi negatiuam, publicationis non factæ, an incumbat Epiſcopo viſitanti. pag. 76

P

POena appoſita in Matrimonio contrahendo, quando dicatur impedire libertatem matrimonij. pag. 16
Pœnæ de iure antiquo contra concubinarium an cenſeantur ſublatæ per impoſitionem pœnæ à Sacr. Concil. Trid. pag. 63
Pœna priuationis fructuum Beneficij cõtra Concubinarios Clericos, locum ſibi vendicet in diſtributionibus quotidianis. pag. 65.
Plura vbi variantur, quorum vnum eſt ſufficiens ad impetrandam gratiam, an requiratur iuſtificatio alterius. pag. 7
Pontificalia cur in aliena Diœceſi exerceri non poſſunt, abſque licentia ipſius Ordinarij. pag. 46.
Pontificalium appellatione, quænam veniant, vt vſus illorum extra Diœceſim Epiſcopis ſit prohibita. pag. 46.
Poſſeſſio etiam contra ius, coadiuuata aliquo titulo, an releuet ab onere iuſtificandi gratiam. pag. 10.
Prælatus inferior exemptus an poſſit concedere hanc facultatem exercendi Põtificalia in eius Territorio. pag. 48
Profanata Eccleſia, quid agendum per Epiſcopum. pag. 53.
Probatio Negatiuæ, publicationis non factæ, ad quem pertineat? pag. 73
Prouiſus à Papa an teneatur iuſtificare narratiuam, tamquam de beneficio reſeruato. pag. 10
Publicatio an poſſit probari per teſtes, ſi amiſſa fuerit ſcriptura publicationis. pag. 79

Q

QVa forma vtatur S.C.T. in puniendo Laicum Concubinarium. pag. 57
Qua pœna vtatur S.C. Trid. in puniendo Clericum Concubinarium. pag. 63
Quid diſponat Sac. Conc. Trident. in materia Iuſtificationis Gratiar. Apoſtol. pag. 1.
Quid ſtatuat Sac. Conc. Trident. circa Matrimonij libertatem. pag. 12
Quid diſponat S.C. Trid. in materia Conſecrationis Epiſcopi. pag. 22
Quid diſponat S. Conc. Trid. in materia Honoris, & reuerentiæ Epiſcopis deferendæ. pag. 25
Quo ordine debeat Epiſcopus procedere ad profanationem Eccleſiæ. pag. 53
Quodnam diſcrimen ſit inter Regularem degentem intra Clauſtra, & extra; ad effectum pœnæ infligendæ contra ipſum. pag. 68
Quoties timetur de libertate contrahendi Matrimonium, quid agendum per Epiſcopum? pag. 17

R

DE Ratione, cur Epiſcopis tanta debeatur reuerentia, & honor. pag. 25
Regularis delinquẽs in Atrio Monaſterij, an dicatur extra Clauſtra delinquere, ad effectum puniendi ab Ordinario loci. pag. 69
Regularis diſcedens à Clauſtro, animo ibidem de proximo reuertendi, an dicatur

Digitized by Google

catur degere extra Clauſtra, ad effe-ctum de quo ſuprà. pag. 71
Regularis carceratus in Curia Epiſcopali ad inſtantiam ſui Superioris, an dicatur delinquere extra Clauſtra, ſi ibidem delinquat. pag.72
Regularis delinquens in perſonam Epi-ſcopi, an poſſit ab eodem puniri, tam-quam delinquens extra Clauſtra. p. 73
Repertus cum aliqua Muliere, ſi ſtatim poſt concubitum, Matrimonium con-trahat, non præſumitur libertas ad contrahendum. pag.14
Retinentes libros prohibitos, domi, igno-ranter, an ſint excommunicati. pag.89

S

STatutum an dicatur contra libertatem matrimonij, præcipiens, vt non poſſit contrahi extra territorium, ſub pœna amiſſionis hæreditatis. pag.15
Suffraganeus an poſſit vti inſignibus Pon-tificalibus, coram Metropolitano? p.51
Suſpenſus à Pontificalibus, an poſſit exer-cere iuriſdictionem? pag. 49

T

TEſtamenti executio tam ad pias cau-ſas, quam ad profanas, negligente hærede intra annum adimplere defun-cti voluntatem, deuoluitur ad Epiſco-pum. pag.19
Teſtator an poſſit prohibere, ne Epiſco-pus, data hæredis, vel executoris ne-gligentia, valeat ſe intromittere. pag.20
Teſtes qualiter deponere debeant ſuper probatione concubinatus. pag.66

V

VAlor expreſſus an debeat iuſtificari, vt excludatur exceptio ſubreptionis, vel obreptionis. pag.4.
Vſus Pontificalium an poſſit concedi per Epiſcopum alteri non exiſtenti in di-gnitate Epiſcopali. pag.48
Vſus Tabernæ an dicatur ſordidus, ad effectum, vt permitti nequeat in Ec-cleſia profanata? pag.54

FINIS.

IOANNIS ALOYSII RICCII

VIRI PATRICII NEAPOLITANI,

PRAXIS RERVM QVOTIDIANARVM ECCLESIASTICI FORI.

PARS QVINTA, Poſthuma.

PRAXIS

Iuſtificationis Narratiuarum Gratiarum Apoſtolicarum, ad ornatum Concilij Tridentini, Seſſ. 13. cap. 5.

Quid diſponat S. C. T.

SAcroſanctum Conc. Trid. *Seſſ. 13. c. 5.* ita cenſuit. *Et quoniam per fictas cauſas, quę tamen ſatis probabiles uidentur interdum accidit, ut nonnulli eiuſmodi gratias extorqueant, per quas pene illis Epiſcoporum iuſta ſeueritate inflictæ, aut remittuntur omnino, aut minuuntur, cum non ferendum ſit, ut mendacium quod tanto tempore Deo diſplicet, non modo ipſum impunitum ſit; uerum etiam alterius delicti ueniam impetret, mentienti; idcirco ut ſequitur ſtatuit, & decreuit, Epiſcopus, aut Eccleſiam ſuam reſidens de ſubreptione, & obreptione gratiæ, quæ ſuper abſolutione alicuius publici criminis, uel delicti, de quo ipſe inquirere cœperat, aut remiſſione pęnæ ad quam criminoſus per eum condemnatus fuerit, falſis precibus impetrata per ſe ipſum, tamquam Sedis Apoſtolicæ Delegatus, etiam ſummariè cognoſcat, ipſamq; gratiam poſtquam per falſi narrationem, aut ueri taciturnitatem obtentam eſſe, legitimè conſtiterit; non admittat.*

Io: Ricc. Prax. For. Eccl. Tom. V.

SVMMARIVM.

Narratiua debet iuſtificari, num. 1.
Narrata, pars gratiæ ſunt, num. 2.
Clauſula, Si preces ueritate nitantur, ſubintelligitur, num. 3.

Iuſtificatio Narratiuę excludit exceptionem ſubreptionis, & obreptionis.

1 EXcluditur ſupradicta exceptio ex eo quod Triuialis, & Tyronibus iuris nota eſt illa concluſio quod in gratioſis narrata ſunt iuſtificanda, vt gratia ſuffragetur. text. in capitulo primo, vbi Ioannes Andreas, & alij, de lit. conteſtat. librò ſexto, Felyn. in capitulo ad aures, columna quinta, verſic. Tertia concluſio, de reſcriptis, Dec. conſ. 142. numero ſexto, Rota, deciſione vigeſima, de præbend. in nou.

 Egid.

Egid. deciſ. 76. verſic. & ſi teneremus, & deciſ. 303. Caputaquen. deciſ. 39. parte ſecunda, Put. deciſ. 202. numero primo, libro primo, cum alijs multis, qui allegari poſſent. Ratio eſt; quia narrata, pars gratiæ ſunt, capitulo ſecundo, de reſcript. Hinc eſt quod Principum reſcripta habent ſubintellectam clauſulam, quatenus preces veritati nitantur, ad leg. fin. in princip. C. de diuerſ. reſcript. Vnde Ancharan. conſil. 240. numero quinto, verſic. ex quibus dicit, quod ſi Papa mandauit aliquid fieri ſub pæna excommunicationis latæ ſententiæ, non
2 incurritur ea excommunicatio non obediendo, quando narrata non ſunt iuſtificata; quia hæc conditio, ſi preces veritati nitantur, ſubintellecta ſuſpendit excommunicationem, iuxta not. in capit. præterea, de appellat. & Ancharan. refert, & ſequitur Marſ. notab. 153. & ea præſertim ſunt verificanda, quæ reddunt Principem ad concedendam gratiam, faciliorem, Rota deciſ. 4. & 75. in antiquis. Egid. deciſione quarta, & 95. Caſſador. deciſione vndecima, numero tertio, & 12. in fine, de præbend. Caputàquen. deciſ. 310. parte prima in impreſſis, vel ſuper quibus Princeps ſe fundauit maximè, quando copulatiuè ſunt narrata, & quælibet narratiua per ſe non ſufficit. Caputaq. deciſ. 242. parte ſecunda, qui loquuntur de noua erectione, in qua fuerat narratum, quod populus erat auctus, & quod infantes ſine Baptiſmo, & homines ſine Sacramentis decedebant, & dicit Rotam tenuiſſe quod om-
3 nia erant verificanda, tum quia ad conceſſionem nouæ erectionis Papa videbatur fundaſſe intentionem ſuam ſuper omnibus narratis, quæ erant neceſſaria ad nouam erectionem faciendam; capit. ad audientiam, il 1. in princip. §. 1. de Eccleſ. ædificand.

Extenditur primo ſupradicta concluſio, vt procedat etiam quoad narratiuam iuriſpatronatus, quæ ſimiliter debet iuſtificari, vt tenuit Rota deciſ. 203. & 531. numer. 1. p. 1. diuerſ.

Secundò extenditur quoad narratiuam ætatis, quamuis conſiſtat in facto proprio. Fabr. deciſ. 17. Mohed. deciſ. 336. & quod gratia reddatur nulla, ſi narratiua ætatis non iuſtificetur, tradit Caputaquen. deciſ. 114. parte ſecunda.

Tertiò extenditur, vt locum habeat etiam ſi concurrant duo habentes gratiam de eadem re; nam ille prius tenetur iuſtificare, qui commiſit cauſam, & ita effectus fuit actor reſpectu alterius, vt fuit dictum in vna Placentina, & Olomen. Praſtimonij 13. Aprilis 1592. coram Penia. Idque procedit, licet is, qui impetrauit Beneficium, commiſerit cauſam contra duos ſimiliter impetrantes vtroque citato, & poſtea proſequendo iudicium contra vnum tantum, & portando ad ſui fauorem ſententiam, & rem iudicatã, adeptus fuerit poſſeſſionem Beneficij; quia ſi poſtmodum agat contra alium, non poterit ſe tueri illa poſſeſſione: ſed tanquam committens cauſam, tenebitur in primis iuſtificare gratiam ſuam, non obſtante re iudicata, & executorialibus, Ita tentum per Rotam in vna coram Orano.

Quarto extenditur, vt procedat etiam reſpectu qualitatum; nam in gratioſis etiam qualitates narratæ ſunt verificandæ, iuxta tradita per Doct. in leg. Gallus, §. & quid ſi tantum, de lib. & poſthum. & per Felyn. in capit. licet cauſam, num. 40. verſ. prima concluſio, de probat. Cæſar de Graſſis dec. 7. num. 3.

SVMMARIVM.

Qualitas narrata, quando ſit iuſtificanda, ut gratia ſuffragetur, num. 1.

Iuſtificatio qualitatuum narratiuæ an ſit neceſſaria, vt obrectionis, & ſubrectionis exceptiò remoueatur.

1 SVppoſita concluſione, vt qualitates narratiuæ ſint iuſtificandæ, declaratur primò, vt procedat quando qualitas narrata ineſt de facto, ſecus ſi inſit ex natura ipſius rei; ſiue ex iuris diſpoſitione, quia tunc non eſt opus eam probare. Felyn. in cap. ex parte, il 1. num. 25. de reſcript. & Ripa num. 69. Rota deciſ. 15. & 37. de reſcript. in antiquis.

Rurſus declaratur, vt non obtineat quando qualitas non eſt de ſubſtantia; quia tunc ſufficit probare id, quod eſt principale abſque probatione qualitatis. idem Felyn. in d. cap. licet, num. 41. verſ. 2. limita, de probationibus.

Sed hoc dictum Felyn. confunditur ex traditis per Dec. ibidem. num. 188. verſ. & tamen, & per Ripam in dicto cap. ex parte, il 1. num. 70. circa finem, de reſcriptis. Vnde ego ſic puto diſtinguendum ex mente Rotæ, Aut qualitas non ſubſtantialis à parte non negatur, & tunc nulla probatio requiritur, & proceſſus eſt validus, & iuſtus; dummodo de alijs ſubſtantialibus conſtet. Rota dec. 20. de præbend. in nouis. Aut qualitas negatur, & tunc ſi nemini ſit præiudicialis non eſt neceſſario iuſtificanda. Rota deciſ. 531. n. 2. part. 1.

2, parte prima diuerſorum; vbi l narrabatur quis familiaris ſcriptoris, & fuit dictum quod talis narratiua non erat verificanda; quoniam litteræ erant taxatę quo caſu narratiua nemini præiudicabat, Caſſador. deciſ. 10. de præbend. aut vero qualitas exprimitur ad aggrauandum perſonam poſſeſſoris, & inducendum Papam, vt facilius gratiam concedat, tunc neceſſario probari debet. Egid. deciſ. 734. Præſertim quando agitur non ſolum ad effectum priuationis; ſed etiam adiudicationis quo caſu omnia expreſſa requiruntur verificationem, iuxta text. in cap. olim de reſcript.

Prętérea animaduertendum eſt, quod qualitas narrata ab actore probari aliquando debet, quamuis alias ſit de exceptione ipſius rei; vt fuit tentum in vna Burgen. Canonicatus 6. Martij 1606. coram Ludouiſio; vbi qnis impetrauerat canonicatmm, ſub prætextu, quod prouiſio ad fauorem alterius fuiſſet nulla ob eius inhabilitatem ex defectu natalium, ſuper quo ad dictum Beneficium obtinendũ cum eo non fuerat diſpenſatum, & fuit dictum quod licet conſtaret de illegitimitate, (quod erat fundamentum intentionis) videretur probanda per eum, ex quo erat illius exceptio; Nihilominus quia erat adiecta vti qualitas narratæ illegitimitatis, omnia cum illa erant ab impetrante iuſtificanda, ex tradit. per Ripam in d. cap. ex parte, num. 65. de reſcript. Nam regula quod actori ſufficiat fundare intentionem ſuam; nec teneatur probare, reo exceptionem non competere, non procedit quando impetrans id narrauit; nam ex vi narratiuę adſtringitur ad id probãdum. Abb. in capit. 3. num. 7. de libell. obl. Caſſad. dec. 10. de reſcript.

SVMMARIVM.

Narratiua eſt iuſtificanda, etiam ſi negatiuè eſſet concepta, num. 1.
Negatiua tam facti, quam qualitatis eſt probanda ab impetrante, num. 2.
Quod declara, ut num. 3.

Narratiua gratiæ an ſit iuſtificanda, quoties eſt negatiuè concepta.

1 REgula quod narratiua eſt iuſtificanda procedit etiam ſi negatiuè eſſet concepta, l. penult. §. docere, ff. ne quis eum qui in ius vocat. l. in illa, la 1. vbi Bartol. nu. 5. Alexand. num. 9. Iaſon. num. 17. ff. de verb. obligat. Dec. conſ. 624. num. 3. Pariſ. conſil. 138. num. 1. & 2. lib. 4. Aym. conſ. 112. n. 6. latè Gabr. concluſ. 6. de probat. num. 1. quod præſertim obtinet in impetrationibus, vt tradit Egid. in capit. inter ceteras, num. 5. de reſcript. & in deciſ. 611. in fine, & in terminis impetrationis factæ ob non dimiſſionem Beneficij incompatibilis, iuxta formam Decreti, tenuit Rota in vna Meliten. Canonicatus, 16. Iunij 1586. coram Cardin. Plato ex traditis per Caſſador. deciſ. 5. ſuper regul. Et in terminis impetrationis ob non factam publicationem reſignationis, aut non factam tempore debito, fuit tentum in vna Palentina Oſomen. præſtimonij, 11. Maij. 1594. coram Orano in qua fuit dictum quod ad probandã talem negatiuam non ſufficit producere collationem factam in fauorem reſignatarij poſt tempus datum ad publicandum; quia poteſt eſſe quod obtinuerit illam gratiam à Papa, & eam in tempore publicauerit; cum in Beneficialibus detur multiplicatio titulorum, capit. poſt electionem, de conceſſ. præbend. capit. 2. de arbitr. Caſſador. deciſ. 21. ſuper regulis.

2 Et huiuſmodi negatiua ab impetrante probari debet, ſiue ſit negatiua facti, ſiue qualitatis, Bart. in dict. l. illam, numer. 10. de verbor. obl. Itẽ quamuis ſit negatiua tituli, vt fuit tentum in vna Conchen. Archipresbyteratus 9. Martijs 1592. coram Penia, vbi cum narratiua impetrantis duobus niteretur, quæ Papam ad concedendam ei gratiam principaliter mouiſſe videbantur, nempe lite inter Oſorium, & Polimates, & nullo titulo Hieronymi ab ordinario prouiſi; fuit dictum quod non ſufficiebat probare litem aliquam extitiſſe inter Oſorium, & Polimates, per cuius obitum vacauit Archipresbyteratus niſi amplius doceretur litem fuiſſe talem, quæ manus ordinarij ſic ligauerit, aut eius poteſtatem, & iuriſdictionem impediuerit, vt Hieronymo de vacante Archipresbyteratu prouidere non potuerit, quod cum probatum fuiſset, gratia erat nulla, Verall. deciſ. 345. libr. 2. & 229. libr. 3. item tenuit Rota in vna Bononien. Prioratus 9. Iunij 1606. corã Manzanedo; in qua Stephanus narrauerat Pompeum detinuiſſe Prioratum, & Canonicatum nulla ſaltem ſufficienti permiſſione Apoſtolica, & fuit dictum quod huius negatiuæ probatio ipſi Stephano incumbebat, cum eſſet fundamentum intentionis illius, iuxta not. per Doctor. in dicta l. in illa, vbi Bart. & Ripa nu. 13. de verbor. oblig.

3 Sed iſtud temperati debet, vt procedat dummodo ſit narratiua partis in ſupplicatione, ſecus ſi verba nullo titulo ſuffragante, & alia huiuſmodi addantur de ſtylo, ad effectum colorandi narratiuam intruſionis propter intereſſe Annotiſtarum, vt fuit deciſum in vna Hiſpalen. Beneficiorum 14. Aprilis 1603. coram

Iuxto, & in cauſa Burgen. Canonicatos 9. Februarij 1609. coram Ortembergo.

SVMMARIVM.

Narratiua diſpenſationis eſt iuſtificanda, num. 1.
Et de ratione, num. 2. 3. & 4.
Quod ampliatur, ut num. 5.

An Narratiua diſpenſationis ſit iuſtificanda.

1 NArratiua diſpenſationis eſt pariter iuſtificanda, Cæſar de Graſſis dec. 69. n. 2. & 3. Immo diſpenſatio ipſa ad retinenda plura ſub eodem textu poſt quam eſt narrata debet iuſtificari, & iam quod poſſint retineri ex diſpenſatione ordinarij; ſi ſint difformia iuxta notata per Gloſs. in cap. 5. de conſuet. in 6. & ita ex voto habito ab Illuſtriſſimis Dominis de Parco maiori fuit reſolutum per Rotam in Iuuennacen. Archipresbyteratus 26. Iunij 1591. coram Card. Pamphilio, et deinde coram Seraphino in vna Toletina Beneficij vltima Ianuarij 1594.

2 Ratio eſt, quia gratia eſt magis iuſtificata per narratiuam diſpenſationis ordinarij, vnde omnia ſunt verificanda, quæ Papam poſſunt facilius mouere ad gratiam concedendam, ad not. in cap. poſtulaſti, & in cap. ſuper litteris de reſcript. Egid. dec. 4. n. 3. Caſſ. dec. 12. n. 14. de præb.

3 Altera ratio eſt, quia ex ſtylo Cancellariæ, in ſimilibus narratiuis duorum beneficiorum ſub eodem tecto ſemper apponi ſolet clauſulæ, quæ obtinentur ex diſpenſatione Apoſtolica, & ſi non eſt appoſita in ſupplicatione ex officio.

4 Idem dicas quotieſcunque beneficium per triennium pacificè fuit poſſeſſum, cum etiam ex poſſeſsione triennali oriatur præſumptio diſpenſationis, Caputaquen. deciſ. 45. part. 3. vbi dicit deciſionem præcedentem ibi poſitam reuocatam fuiſſe; quod intellige verum, niſi narratiua non diſpenſationis ſit facta ab ipſo beneficiato, quia tunc regula triennalis ei non prodeſt, quominus teneatur negatiua diſpenſationis iuſtificare, licet poſſet illius narratiuam omittere, ita tentum in vna Aurien. Parochialis 29. Maij 1606. coram Sacrato.

5 Extenditur vt locum ſibi vendicet nedum in iudicio ordinario, & vbi agitur de canonizatione gratiæ, ſed etiam in iudicio executiuo, quia etiam in hoc caſu ſubintelligitur clauſula, Dummodo preces veritati nitantur Abb. in dict. cap. ex parte, num. 1. de reſcript. Mohed. deciſ. 304. & quod narratiua non verificatis non poſsit executiuè procedi maximè parte opponente tenuit Rota apud Cæſarem de Graſsis deciſ. 48. numer. 4. per c. ſuper litteris cum ibi not. de reſcript. & leg. precibus, Cod. ſi contrarius, vel vtilit. public. idem fuit tentum in vna Legionen. denegationis poſſeſsionis 26. Martij 1593. coram Cardinale Blanchetto, in qua fuit dictum, quod idem obſeruandum eſt in cauſa beneficiali in iudicio adipiſcendæ, quod canonizatoria, ne detur vitioſus ingreſſus, etiam ſi nullus adſit contradictor, & quod requiritur iuſtificatio prædicta etiam quod agatur executiuè, vt nullus adſit contradictor, fuit etiam tentum in vna Ferarien. Parochialis 1. Aprilis 1569. coram Corduba, vbi fuit allegatus Pariſ. conſil. 49. numer. 31. libr. 4. & Egid. dec. 303.

Sed aduertendum eſt, quod Bellamera in deciſ. præcedenti 302. loquitur dubitatiuè, ſi narratiua negetur; ideo Rota in vna Salamantina penſionis 18. Aprilis 1572. coram Cardinali Lancellotto diſtinguendo tenuit, quod vbi agitur poſſeſſorio adipiſcendæ, vel executiue omnia narratiua ſunt verificanda parte opponente iuxta doctrinam Imol. in d. cap. ſuper litteris num. 3. de reſcript. parte vero non opponente ea ſolum ſunt iuſtificanda, quorum falſitas vitiat gratiam, vel quorum expreſsio facilius mouet Papam ad concedendum, & hanc diſtinctionem veram puto per ea, quæ dicam inferius in noua limitatione.

SVMMARIVM.

Valor expreſſus uerificandus eſt etiam ab obtinente gratia in forma pauperum, n. 1.
Et quæ ratio habeatur, n. 2.
Valor exceſſus beneficij, n. 3
Quomodo probetur, & n. 4.

Valor expreſſus an debeat iuſtificari vt excludatur exceptio ſubrectionis, vel obrectionis.

1 EXtenditur pariter Regula iuſtificationis, narratiuæ ad valorem expreſſum; quia talis expreſsio habet vim conditionis, qua non verificata gratia redditur nulla, & ſubreptitia, Felign. in cap. ad aures columna ſexta, concluſione ſeptima in fine de reſcript. Creſcent. deciſ. 17. Quod procedit etiam in obtinente gratiam in forma pauperum nam licet alias iſte non teneretur probare valorem ad notat. per Felign. in dicto capitulo ad aures colum. 5. verſic. fallit ſecundo hodie tamen tenetur

Creſcent.

Creſcent. deciſ.9. de reſcript. & ratio eſt ſecundum eum, quia hodie mutata eſt forma gratiarum.

Et aduerte quod iuſtificari debet valor expreſſus in gratia impetrationis Beneficij, attento tempore datæ gratiæ, niſi verſemur in gratia expectatiua; quia tunc extenditur tempus vacationis, Oldrad. conſ. 58. 168. & 229. cum aliis per Guidobon. dec. 21.

2 Rurſus aduerte quod in iuſtificando valore, non eſt habenda ratio fructuum eiuſdem Beneficij perpetuo applicatorum, ſeu aſſignatorum pro ſeruitio alterius Eccleſiæ, & ſic onera perpetua non computantur ad effectum regulæ de valore. Guidobon. deciſ. 19. qui concordantes allegat, & exemplificat in vno qui contendebat annullare penſionem quamdam 100. ducatorum ſub prætextu quod dicta penſio fuiſſet reſeruata cum clauſula, Dummodo non excedat medietatem fructuum; vnde cum dictum Beneficium eſſet grauatum onere perpetuo 400. ducatorum, videbatur, quod comprehenſo dicto onere Beneficium mediante dicta penſione eſſet grauatum vltra dimidiam valoris expreſſi 800. ducatorum; Et tamen fuit ſaluata penſio, ſupradicta ratione, videlicet, quia in valore expreſſo non comprehendebatur illud perpetuum onus ſcutorum 400.

3 Tertiò eſt aduertendum, quod exceſſiuus valor Beneficij contra impetrantem cum expreſſione minoris valoris, non probatur ex inſtrumentis locationum bonorum dicti Beneficij, & cedulis receptionum, & ſolutionum arrendamenti, & cum duobus teſtibus ſimpliciter deponentibus, per 10. annos ſcire fructus aſcendere ad ducentos, vel trecentos aureos, & duobus idem dicentibus de publica voce, & fama, & alijs idem dicentibus de auditu, & quod ita credunt, Guidobon. deciſ. 144.

4 Quarto aduertendum eſt, quod teſtes deponentes de valore debent ſcire qualitatem Beneficij, de cuius valore deponunt ſecus ſi illum ignorent; quia tunc non probent, vt fuit deciſum per Rotam in vna Anconitana terrarum 17. Martij. 1589. coram Cardin. Plat. quæ loquitur de teſtibus deponentibus de valore vnius prędij, ſuper quo aderant plura ædificia, & ipſi ignorabant ea, & eorum qualitates.

SVMMARIVM.

Narratiua non eſt iuſtificanda, ſi appareret, Pontificem, nolle ſuas litteras impugnari, nu. 1.

Qui amplia, ut n. 2. 3. & 4.

Io: Ricc. Prax. For. Eccl. Tom. V.

Narratiua an ſit iuſtificanda, vbi apparet Pontificem nolle ſuas litteras impugnari.

1 Nec pariter Narratiua eſt iuſtificanda, quoties appareret Pontificem nolle ſuas litteras impugnari poſſe, & quod de ſubreptione, & obreptione illorum dari poſſit cum clauſula (ſublata, &c.) Quia licet hæc clauſula, quod de ſubreptione, &c. quando ſola eſt poſita in litteris, non releuet impetrantem ob onere iuſtificandi, cum intelligatur, veris exiſtentibus narratis, Puteus dec. 213. libr. 2. Secus tamen eſt quando eſt iuncta cum clauſula (ſublata, &c.) quia tunc obtinens gratiam non obſtringitur ad verificationem narratorum, cum clarè appareat de intentione Papæ volentis tollere vitium ſubreptionis, & obreptionis adimendo parti, & iudicio facultatem aliter interpretandi, & iudicandi, etiam quod verſemur in gratia ad poſtulationem partis, Puteus deciſ. 377. lib. 3. & ita declarando tradita per Card. & alios in cap. quia diligentia, de elect. tenuit Rota in ſupra allegata cauſa Calaguritana iuriſdictionis ſub die 30. Maij 1580. coram Rubeo, & alias ſæpè, vt in Mediolanen. bonorum 2. Decembris 1585. coram Cardinale, Seraphino, & in Nauarien. Canonicatus 12 Februarij 1593. coram Cardinale Pamphilio, & in Pampilonen. Archidiaconatus 19. Martij eiuſdem anni, coram eodem.

2 Et hæc quidem concluſio locum habet quamuis non adſit clauſula, quod de ſubreptione, &c. ſed adſint aliæ clauſulæ æquipollentes, vt de clauſula, quod non poſſit contraueniri, fuit dictum in allegata Mediolanen. bonorum coram Seraphino, & tradit Pariſ. conſ. 3. n. 85. & ſeq. lib. 4.

3 Rurſus procedit etiam ſi clauſula, ſublata, &c. ſit poſita in fine, quia reſpicit totam gratiam, & refertur ad omnia præcedentia, leg. talis ſcriptura, §. fin. & ibi Bart. & Doct. de leg. 1. Dec. in cap. cum requiris, num. 10. de apellat. Roman. conſ. 480. num. 7. Gabr. in tit. de clauſul. concluſ. 9. Præſertim quan do non poteſt aſſignari diuerſa ratio, cur magis referatur ad vnum capitulum, quam ad aliud; Dec. in dict. cap. cum requiris, numer. 3. & fuit dictum in vna Aretina commendæ 19. Iunij 1587. coram Orano, vbi hoc fuit ampliatum, procedere etiam ſi duæ ſint gratiæ; vnde iungitur cum clauſula, quod de ſubreptione, &c. etiam ſi plura adſint intermedia, vt fuit reſolutum in eadem Aretina 19. & 30. Ianuarij 1587. coram Cardinali Seraphino,

phino, & in vna Placentina Penſionis 8. Martij 1593. coram Penia, in qua fuit dictum, non eſſe neceſſarium, iſtas clauſulas ſimul vna verborum ſtructura collocare, cum ſatis ſit in eadem ſupplicatione, & litteris contineri, vt ſuum operentur effectum, Iaſ. in l. fin. num. 3. ff. quod quiſque, iur. Socin. iun. conſ. 78. n. 38. lib. 3.

Tertio extenditur, vt etiam procedat poſteaquam apertum eſt os parti; quia oris apertitio dat ſolum facultatem impugnandi gratiam, non autem tollit ipſam gratiam, in reliquis, nec virtutem clauſulæ, quod de ſubreptione, &c. nec aliarum clauſularum equipollentium, & conformatoriarum; & conſequenter non aſtringit partem ad verificationem narratorum, ſed onus probandi incumbit allegāti ſubreptionem, l. ſi quis obrepſerit, ff. de falſ. Aym. conſ. 68. num. 9. cum alijs per Caputaquen. dec. 226. num. 2. par. 3. Afflict. dec. 128. num. 13. verſ. & licet, & n. 14. & fuit deciſum per Rotam in vna Romana de Gabrielis, 12. Nouembris 1595. coram Orano, & alias ſæpius, vt in Romana domorum 29. Maij de eodem anno coram Litta, in Pampilonen. Archidiaconatus 19. Martij 1593. coram Cardinale Pamphilio, & in vna Burgen. penſionis 24. Nouembris 1595. coram Cardinale Blanchetto.

Animaduertendum tamen eſt, quod hęc limitatio vendicat ſibi locum duntaxat, quando adeſt clauſula ſublata, vel aliud decretum prohibitiuum, & priuatorium facultatis aliter iudicandi, iuxta tradita per Card. & alios, in c. quia diligentia, de elect. Secus ſi adſit clauſula, ſicque in præmiſſis iudicari debeat per quoſcumque; quia cum huiuſmodi mandatum non ſit prohibitiuum aliter iudicandi, intelligitur veris exiſtentibus narratis, & conſequenter licet concurrat clauſula, quod de ſubreptione, &c. nihilominus gratia erit iuſtificanda, cum ceſſante decreto prohibitiuo, huiuſmodi clauſulæ, tanquam acceſſoriè regulentur ſecundum naturam gratię principalis, Clemen. 1. in fine, de præben. Dec. conſ. 304. numer. 7. Ferret. conſ. 365. num. 13. lib. 2. vnde ſicut principalis gratia non intrat, niſi verificatis narratis per impetrantem, ſicque reſpectu illius ſubintelligatur clauſula, ſi preces veritati nitantur, iuxta c. 2. de reſcript. merito, & idem dicendum eſt reſpectu dd. clauſularum, non obſtante quod verba ſint præceptiua, quia non prohibent aliter iudicari, vbi per impetrantem narrata non ſint verificata, prout operatur clauſula ſublata; ita in terminis fuit deciſum per Rotam in vna Hiſpalen. Beneficij de Xeres 6. Nouembris 1601. coram Litta.

S V M M A R I V M.

Impetrans Gratiam, cenſetur fateri omnia in ſupplicatione contenta, nec tenetur illum iuſtificare, num. 1.
Quid declaratur, ut num. 2.
Et ſubdeclaratur, num. 3.

An impetrans Gratiam cenſetur fateri omnia in ſupplicatione contenta, & proinde non tenetur illum iuſtificare.

1 IVſtificatio non procedit contra ipſum impetrantem, quia ſupplicans, vel impetrans gratiam, cenſetur fateri omnia in ſupplicatione contenta, ſicut, & libellans, & ideo contra illam non eſt neceſſaria aliqua iuſtificatio, leg. cum precum, C. de liber. cau. Io. Andr. in c. fin. de iur. iurand. libr. 6. cuius dictum communiter approbari dicit Barb. conſ. 18. num. 40. lib. 2. & probatur in l. 2. c. de inſt. & ſubſtit. in illis verbis, quæ in libello complexus es, & in l. rura, C. de agr. deſert. libr. 11. & quod confeſſio facta in ſupplicatione præiudicet ſupplicanti, & ei qui gratiam impetrauit, vult etiam Rom. conſil. 23. in princ. Dec. conſil. 273. in princip. & 57. num. 4. verſ. & in hac, Bellam. deciſ. 690. num. 8. in fine, & tenuit Rota deciſ. 266. n. 4. par. 2. diuerſ. & in vna Salamantina Capellaniæ coram Puteo, vt in eius dec. 325. lib. 2. vbi confeſſio facta in narratiua ſupplicationis de iurepatronatus, nocet confitenti, etiam ſi poſtea in clauſulis dicatur conditionaliter, & quatenus ſit de iurepatronatus, &c. cum talis clauſula cenſeatur appoſita ad effectum, vt pro parte, vel in totum derogatio fieri debeat, non autem, vt cenſeatur receſſum à præcedenti confeſſione iuris patronatus, idem fuit reſolutum in vna Meliten. Abbatiæ, 27. Aprilis 1592. coram Gipſio, vbi is contra quem certo modo impetratum fuerat beneficium, ſuccubuit, quia conſtitit, quod in quadam ſupplicatione per eum porrecta pro obtinenda abſolutione explicitè narrabat, ſe ante legitimam ætatem fuiſſe promotum ad Sacros Ordines.

2 Declaratur tamen ſupradicta concluſio, vt non procedat reſpectu tituli aduerſarij, qui ex confeſsione facta à reo in ſupplicationem probatur, ſed aliunde de iure eius Canonico conſtare debet, Rota dec. 2. n. 4. de lit. conteſt. per Biſignet. niſi actor vellet ſuum ius quod erat dubium ex confeſsione facta per

reum

reum de titulo ſuo iuuare, quia tunc bene poſſet, vt probat gloſ. in cap. pen. in verbo ſi non appareat; de reſcript. quam alibi non reperiri dicunt appoſtillantes ibidem.

3 Sed intellige hanc declarationem veram in petitorio: ſecus in poſſeſſorio nã confeſsio aduerſarij reſpectu tituli quamuis qualificata ſufficit pro titulo colorato in interdicto recuperandę, vt tenuit, Rota de reſtit. ſpoliat. deciſ. 9. & 19. in nouis Caſſad. deciſ. 1. ſuper regul. Sarnen. in regul. de trien. quæſt. 36. & S. Mil. in repert. in verbo poſseſsio recuperandæ, & in terminis vnionis, quod vnio probetur ex confeſsione aduerſarij confitentis factam fuiſſe vnionem, licet ſubdat, illam reuocatam fuiſſe, tradit Oldr. conſ. 296. verſ. ſecundo per confeſsionem Caputaquen. deciſ. 349. num. 4. par. 3. Mohed. deciſ. 337. & fuit reſolutum in vna Aquilana Sancti Spiritus coram Rubuſterio de anno 1576.

S V M M A R I V M.

Iuſtificatio alterius non requiritur ubi plura narrantur quorum unus eſt ſufficiens ad impetrandam gratiam, num. 1.

Quod declaratur ut, num. 2. & 3.

An vbi plura narrantur, quorum vnum eſt ſufficiens ad impetrandam gratiam, requiratur iuſtificatio alterius.

1 QVando plura narrantur, quorum vnum eſt ſufficiens ad impetrãdam gratiam, quia eo probato gratia ſubſiſtit, licet alia non verificentur, vel falſa exiſtant, Ægid. deciſ. 280. Felyn. in capit. 2. nu. 23. de reſcript. vbi Ripa nu. 58. Put. deciſ. 69. lib. 2. & deciſ. 193. lib. 1. Rota deciſ. 1. de reſcript. in nou. & fuit tentum in vna Romana cenſus 13. Maij 1596. coram Cardin. Blanchetto, & in vna Biſuntina, ſeu Baſylien. Vnionis 10. Maij 1602. coram Cardin. Seraphino, & rurſus in vna Salamantina Iuriſdictionis 7. Maij 1577. coram eod.

Hinc eſt, quod quando impetrans purè, & diſpoſitiuè aſſerit vnum ex pluribus modis vacandi; tunc quia omnes alij cenſentur eſſe negati, ſatis eſt probare vnum modum qui ſufficiat, quia ſtatim, quod firmauit vnum modum vacandi, impoſſibile eſt, quod vacet alio modo, Felin. in capit. ex parte il 1, nu. 23. de reſcript, Rota deciſ. 14. eodem tit. in nouis Egid. deciſ 734. & 415. & fuit tentum in vna Lunen. Sarzan. Prioratus, 9. Februarij. 1590. coram Cardin. Seraphin.

2 Aduerte tamen quod quotieſcumq; plura exprimũtur vt Papa inducatur facilius ad gratiam concedendam omnia expreſſa requirunt iuſtificationem vt fatetur idem Egid. deciſ. 734. in fine, & deciſ. 4. Et tradit ita fuiſſe tentum per Rotam in capit. inter ceteras, n. 4. & 15. de reſcript. Præſertim quando plura exprimuntur ad aggrauandum perſonam poſſeſſoris, & agitur non ſolum ad effectum priuationis verum etiam adiudicationis quia tunc omnia ſunt iuſtificanda, iuxta text. in capit. olim de reſcript. & ibi Gloſ. in verbo ad omnia, & Abb. num. 3. & fuit reſolutum in illa Oſcen. Archidiaconatus, 19. Octobris 1601. coram Lancellott.

3 Rurſus aduerte, quod limitatio non procedit, quando ex pluribus narratis vnum venit qualificatiuè ad aliud. Nam hoc caſu vtrumque eſt probandum, vt in caſu dictę deciſ. Burgen. Canonicatus, coram Ortemberg. vbi in ſufficientia diſpenſationis fuerat expreſſa, vti qualitas narratæ illegitimitatis, & fuit reſolutum, quod omnino veniebat probanda ab impetrante, per Felyn. in cap. licet cauſam nu. 40. de probat. & in dict. cap. ex parte il 1. nu. 25. & ita per prius fuit tentum in eadem cauſa ſub die 6. Martij 1606. coram Ludouiſio ex traditis per Ripam in d. cap. ex parte num. 65. quia teſtatur de communi.

S V M M A R I V M.

Iuſtificatio narratorum in gratia authoris non eſt facienda per ſucceſſores, num. 1.

Narrata in gratia authoris an ſint iuſtificanda per ſucceſſorem.

1 SImiliter iuſtificatio narratorum non procedit in gratia auctoris, quæ à ſucceſſore in Beneficio non ſunt iuſtificanda, ſiue vtatur dicta gratia agendo, ſiue excipiendo; dummodo tamen prædeceſſor virtute dictæ gratiæ fuerit pacificus poſſeſſor triennalis iuxta allegationem Lapi 89. & ratio eſt ſecundum Achil. deciſ. 14. de probat. Quia ſicut prædeceſſor propter regulam erat tutus titulo ſuo, nec tenebatur illum iuſtificare. ita nec ſucceſſor ne magis grauetur, qui ſuccedit in ius alterius, quam grauaretur prędeceſſor ſi viueret contra regulam, qui in alterius de regul. iur. in 6. Aliud eſt, quando auctor non fuit triennalis poſſeſſor, & eius ius reuocatur in dubium, quia tunc ſucceſſor tenetur illius gratiam iuſtificare, Egid. deciſ. 112. Caſſador. deciſ. 2. num. 1. de cauſ. poſſ. & propriet. Rebuff. in prax. in tit. de ſubrogat.

gat. nu. 55. Verall. deciſ. 92. nu. 1. in manuſcript. & fuit tētum in vna Firmana Beneficij 19. Iunij 1598. coram Penia, quod procedit etiam ſi de illa opponat excipiendo tanquam de iure tertij, ad excludendam intentionem actoris; nam adhuc eam iuſtificare tenetur, ac ſi principaliter fuiſse deducta in iuditio, vt Rota tenuit in eadem Firmana Beneficij 13. Maij 1596. coram Cardin. Pamphilio, in qua fuit dictum, idem fuiſse reſolutum in vna Gerunden. Cappellaniæ maioris ſub die 17. Decembris 1574. coram Cardinal. Lancellott. & in vna Hiſpalen. Canonicatus coram Ioanne Cardin. Aldobrandino die 17. Maij 1557.

SVMMARIVM.

Clauſula (attento conſenſu maioris partis) non eſt uerificanda, nu. 1.
Quod declarant nu. 2. 3. & 4.

Clauſula, Attento conſenſu maioris partis, poſita in Breui an ſit verificanda.

1 LImitatur etiam Regula de iuſtificando, vt non procedat reſpectu clauſulæ, Attento conſenſu maioris partis poſitæ in breui, quæ non eſt verificanda, cum ſtet cauſatiuè non conditionaliter, ex quo ſi conſenſus antè expeditionem Breuis non fuiſſet præſtitus, Breue non fuiſſet expeditum, ad Put. deciſ. 439. in fine lib. 1. Verall. deciſ. 213. nu. 1. par. 1. in impreſsis, & deciſ. 183. lib. 1. in manuſcript. Peregrin. deciſ. 73. lib. 1. idem eſt dicendum reſpectu clauſulæ, cuius ad id expreſſus accedit conſenſus in reſeruatione penſionis poſitæ, quæ ſimiliter non eſt iuſtificanda, quia cum ſit concepta per verba præſentis temporis, ſtat cauſatiuè, & oſtendit acceſsiſse conſenſum illius de cuius inter eſſe agitur, l. cum ad præſens, ff. ſi cert. pet. l. ſi ità legatum ſit, vbi Bart. not. in princ. ff. de verb. obligat. idem Bartol. in l. demonſtratio falſa, §. qui autem, nu. 2. verſ. quare dico, & ibi Caſtr. num. 10. ff. de cond. & demonſtr.

2 Aduertendum tamen eſt, quod huiuſmodi clauſula, cuius ad id expreſsus accedit conſenſus, aliquando poteſt intelligi conditionaliter, iuxta tex. in c. Abbate ſane, de verb. ſignif. ideo pro declaratione, Duo caſus ſunt diſtinguendi ſecundū Rotā in vna Elboren. penſionis 17. Octob. 1595. coram Corduba. Primus eſt quando dicta clauſula ponitur in litteris expeditis, & tunc verba non ſtant conditionaliter, ſed cauſatiuè, quia regula Cancellariæ 43. expreſsè prohibet expeditionem litterarum penſionis, niſi præſtito conſenſu, qua prohibitione, ſtante eſt præſumendum officiales Cancellariȩ, per quorum manus tranſeunt non expediuiſse, niſi illo præſtito, & viſo, & in his terminis procedunt deciſiones ſupra allegatȩ, nempe Peregrini, Putei, & Caputaquenſis.

3 Secundus caſus eſt quando dicta verba non ſunt poſita in litteris, ſed in ſupplicatione, & tunc ſtant conditionaliter, Puteus deciſ. 15. lib. 2. & Deciſ. 269. n. 2. lib. 3. Caputaq; dec. 120. part. 1. Peregrin. deciſ. 75. lib. 1. Et licet ſint concepta in tempore præſenti, tamen conſenſus poſtea præſtitus retrotrahitur ad illud tempus; Caſsador. deciſ. 2. de renunciat. in fine.

4 Sed animaduertendum eſt, quod deciſiones allegatę loquuntur in clauſula Accedente conſenſu, & ſic concepta in ablatiuo abſolutè, importante conditionem, & Puteus deciſ. 269. nu. 2. loquitur in clauſula, de conſenſu, quæ ſtat conditionaliter. Vnde aliud videtur dicendum in clauſula, cuius ad id expreſsus accedit conſenſus, quia cum hæc verba ſint prolata in tempore præſenti non videntur poſse ſtare conditionaliter, quamuis ſint adiecta in ſupplicatione, ſed videntur ſtare cauſatiuè, quia conditio in præſens, vel præteritum, non confertur, l. inſtitutio talis, §. final. ff. de condict. inſt. cum alijs ſupra allegatis. Et licet aliquando impropriè verba præſentis temporis importent conditionem, tamen materia ſubiecta non, videntur pati iſtam improprietatem, cum Papa non ſoleat reſeruare portionem ſuper beneficio iam collato, niſi de conſenſu beneficiati, Caſsad. deciſ. 4. nu. 6. de penſ. Put. deciſ. 421. num. 2. lib. 1. Gabr. conſ. 186. nu. 22. lib. 1. quod etiam ſuadetur, quia, qui conſentit ſub conditionem intelligitur conſentire. c. vnic. in fine, de ſponſ. in 6. l. qui promittit de condit. indeb. l. pecuniam, §. perinde, ff. ſi cert. per. Ergo non poſset dici, cuius ad id expreſſus accedit conſenſus, ſi illa verba de conditionali eſset intelligenda. Maximè cum talis conſenſus, quamuis non eſset realiter prȩſtitus, nihilominus fingatur præſtitus in gratia ipſa per fictionem, itaut quando poſtea prȩſtatur intentio Papæ, dicatur adimpleta, vt videmus in ſimili de eo, qui non habens mandatum, porrexit preces, & tamen fingantur per Papam, vt per Mandoſ. ſuper regula de infir. quæſt. 9. num. 2. & tunc intelligitur perfecta gratia, quia Papa conditionem attendit, c. quoniam, de renuntiat. Caſsad. d. 1. eod. tit.

SVM-

SVMMARIVM.

Narratiua an ſit iuſtificanda coram exequutore Apoſtolico mero, n.1.
Exequutor mixtus ex quibus clauſulis efficiatur, n.2.

Narratiua an ſit iuſtificanda quando proceditur per executores Apoſtolicos.

1 QVando proceditur per executores Apoſtolicos quibus committitur Facultas aliquid faciendi, & litteræ eis directę non habent aliquam clauſulam ſonantē in iudicialem inadignem aut cōditionem quæ tacitè non inſit nec agitur de præiudicio alicuius quia tunc non requiritur aliqua iuſtificatio iudicialis ſed executores qui ſunt meri poſſunt extraiudicialiter ſuper narratis ſe informare ad tradita per Imol. poſt Innoc. & alios in capit. final.n.12. & 13.de præſumpt. Lapus allegat.60. ſub num.5. verſ. debet igitur, Abb. conſ.34. num.6. lib.2. Mohed. deciſ. 10. in fine de præben. & vbi executores ita procedunt creditor illis de proceſſu licèt non appareat Compoſtell. in cap. capitulum. num.25. verſ. numquid creditur de reſcript. Put.deciſ. 144. n.2. lib. 2. Dummodo tamen præceſſerit tantum tempus quod potuerit capi extraiudicialiter informatio Anel. deciſ.2. de fil.præsbit. & niſi contrarium probetur vt Rota tenuit in vna Iaſpalen.Canonicatus,10. Aprilis 1606. coram Ludouiſio, vbi hoc fuit ampliatam etiam ſi executor admiterit articulos ſuper iuſtificatione narratorum, & aliqui teſtes ſuper illis fuerint inducti, & examinati quia non propterea dicitur feciſſe ſe miſtam; itaut iuſtificatio iudicialis ſit neceſſaria nam omiſſa via Iudicis poteſt ad aliam tranſire, & ſe aſſumere partes executoris, per Anchar. conſ.224. num.2. Bald. in cap. final.num.18. in fine, & ibi Felyn. num.22. verſ. & amplia iſtam concluſionem de præſumpt. ſic dicitur de eo qui poteſt procedere vt arbitrator, & arbitror nam poteſt facere aliquos actus vt arbiter aliquos, vt arbitror ſecundum Hoſtien. in cap. quintaualles, n.10.circa medium verſ. & quid dices ſi partem Io.Andr.ſub n.8.verſ. & quid Anton. de Butr. ſub num. 14. de iur. iurand. & fuit dicta in vna Ciuitatis Caſtelli hæreditatis ſeu nullitatis Laudi 14. Ianuarij de anno, coram eodem Ludouiſio.

2 Hinc eſt quod clauſula, ſi inueneris, ſi repereris, & ſimiles non inferunt de ſui natura iuſtificationem aliquam iudicialem niſi quando adijciuntur in perſona iudicis, & circa materiam iudicialem, quia tunc ratione ſubiectę materiæ bene important cauſę cognitionem argum. leg. ſi vno, ff. locat. Egid. deciſ.176. Dec. conſ. 603. n.13.

3 Item eſt dicendum de clauſula ſi ita eſt, nam ex quo tacite ineſt, capit. de reſcript. non reddit gratiam conditionalem itaut iuſtificatio iudicialis requiratur, aut partis citatio ſecundum Lapum, in d.allegat.60. nu.2. vbi Mandoſ. in verb. conditionale Doctores in capitulo finales vbi Felin. num. 18. de præſumpt. Egid. deciſ. 4. verſ. cuius ratione, vbi quod nec clauſula poſita in reſcripta non inducit veram formam, nec conſequenter partes vocationem in executione Cardinal.in Clem.1. num.17. de offic. delegat. Et fuit dictum in vna Calciaten.iuriſdictionis 13. Aprilis 1587. coram Cardinale Serraphino, vbi quod propterea litteræ expediuntur in forma gratioſa ſine alio examine quando ſupplicatio eſt concepta cum iſta clauſula.

SVMMARIVM.

Narratiua quatenus idoneus reperiatur non eſt iuſtificanda, num.1.
Clauſula motu proprio non indiget iuſtificatione, n.2.
Quod declaratur ut num.3.

Narratiua quatenus idoneus reperiatur appoſita in gratia, in forma dignum, an ſit iuſtificanda.

1 NOn eſſe iuſtificandam voluerunt nonnulli infra citandi ex eo quod clauſula iſta quatenus idoneus reperiatur appoſita in gratia in forma dignum, nam reſpicit qualitatē idoneitatis quæ de iure ineſt, & potius ſonat in monitionem executoris, vt intelligat, qualis eſſe debeat ille cui prouidet, gloſ. in Clem. 1. in verbo reperiuntur, de offic.deleg. Rota deciſ. 9. num.4. de Fil. præsbyt. in antiquis, & deciſ.12. numer.2. in fine de conceſ. præb. in nouis, & tradunt Io. Andr. Imol. Abb. & alij in cap.fin.de præſumpt.& ſic non reddit gratiam conditionalem quod eius ſubſtantiam, ſed tantum reſpectu excutionis, & prouiſionis faciendę, quæ eſt dilata in tempus poſt quam idoneus fuerit repertus: licet enim iſta conditio impediat executionem gratiæ donec conſtiterit de idoneitate impetrantis, attamen non impedit acquiſitionem, ſi in rei veritate impetrans ſit habilis; & ſic iſta ſuſpenſio eſt circa executionem, non circa acquiſitionem iuris, cum qualitas idoneitatis ſit ſupra, & certa, in rerum natura, licet à nobis ignorata ante examen, & conditio de præterito, vel præſenti non ſuſpendit, leg.cum. ad præſens, ff. ſi cert.per leg, iſtitutio talis, ff. de cond.

cond. inſtit.& ita in terminis iſtius clauſulæ fuit reſolutum per Rotam in vna Burgen. Canonicatus 28. Aprilis 1597. coram Cardinale Pamphilio.

2 Quemadmodum dicimus de Clauſula, Motu proprio, in qua non eſt neceſſaria narratorum iuſtificatio, ſtante dicta clauſula, quæ tollit vitium ſubreptionis, c. ſi Motu proprio, de præben. in 6. Clem. Si Romanus Pontifex, & ibi gloſ.fin. & Vitalin. nu. 44. in 2. not. eo tit. Vnde videntur probata ea omnia, quæ Princeps aſserit in ſuis litteris, vt per Dec. in l.3. col. 1. ff. quod quiſque iuris, & conſ. 341. nu. 5.

3 Quod intellige verum, quando Papa atteſtatur de facto proprio, quia talis narratiua plene probat, adeo quod nec contrarium probari poſſit, vt eſt tex. in Clem. 1. de probat.& ibi gloſ. in verb. feciſſe narramus, cum alijs, per Gabr. de probat. concl. 2. nu. 2. Secus ſi atteſtetur de facto alieno, quia hoc caſu narratiua, facta etiam Motu proprio, non probat, ſed transfert onus probandi contrarium in aduerſarium, Put. deciſ. 323. nu. 5. lib. 2. Quod multo magis procedit, quando talis narratiua tendit in præiudicium alicuius, quia clauſula Motu proprio non tollit vitium ſubreptionis in tertij præiudicium, Pariſ. conſ. 74. nu. 33. lib. 4. bene Socin. iun. conſ. 77. num. 101. lib. 1. nec Motus proprius purgat falſo expreſſa, quia creditur Papa motus tanquam crediderit vere illa, quæ ipſe expreſsit. Felin. in cap. cauſamque ſub nu. 3. de teſtib. Put. deciſ. 386. in fine, & deciſ. ſequen. lib. 1. Igitur clauſulæ Motus proprij, Ex certa ſcientia, De plenitudine poteſtatis, & ſimiles hoc caſu intelliguntur, veris exiſtentibus narratis, Socin. conſ. 164. viſa Bulla Bonifacij, colum. 3. lib. 2. Dec. conſil. 199. nu. 6. Nec operatur in his, quæ Princeps ignorauit, Bald. in l. fin. verſ. dicas etiam, nu. 7. c. ſenten. reſcin. non poſ. Paul. de Caſtr. conſ. 84. in fine, lib. 2. Alexan. conſ. 125. lib. 2.

S V M M A R I V M.

Poſſeſſio etiam contra ius, coadiuuata aliquo titulo, releuat ab onere iuſtificandi gratiam, nu. 1.
Quod declara, ut nu. 2.

An poſseſsio etiam contra ius, coadiuuata aliquo titulo releuet ab onere iuſtificandi gratiam.

1 Vbſequitur, & alia reſtrictio ad materiã iuſtificationis gratiæ, vt nõ procedat reſpectu poſſeſſoris, etiam ſi poſseſsio ſit contra ius, dummodo coadiuuetur aliquo titulo, & agatur in poſſeſſorio tantum, quia tunc releuat ab onere iuſtificandi, & ex poſseſsione præſumitur pro qualitate tituli, reſpectu ſtatus, in quo poſſidens reperitur, quamvis de validitate ipſius tituli controuertatur, Ant. de Butr. in cap. cum veniſsent, nu. 12. & ibi poſt Imol. nu. 11. Abb. num. 8. de inſtit. Alex. conſ. 219. nu. 17. lib. 6. & fuit dictum in vna Portallegren. præſent. vnionis 15. Ianuarij 1590. coram Cardinale Millino, vbi deciſio Putei 238. lib. 1. fuit intellecta, vt procedat, quando agitur de præſumendo titulo, non autem qualitate tituli.

2 Sed hoc temperari debet, vt non obtineat quando poſſeſsio eſt improba, & vitioſa, & quia ſit capta lite, vel appellatione pendente, quia tunc nullum ſortitur iuris effectum, l. improba, C. de acquir. poſseſ. & conſequenter non liberat poſſidentem ab onere iuſtificandi, vt patet ex his, quæ habentur in c. ex inſinuatione, de procur. & in c. conſtitutus, de elect. & in c. cum Eccleſia Sutrina, circa finem, de cauſ. poſſeſ. & propriet. & in his terminis procedit deciſio facta in cauſa Iacen. beneficij, vltima Ianuarij 1597. coram Orano; & fuit quoque tentum in vna Valaterana Cappellæ 16. Nouemb. 1594. coram Cardinale Seraphino, vbi cum pro parte Confraternitatis laicorum prætendentis Cappellam eſſe Oratorium ſimplex, fuiſſet appellatum à prouiſione facta ab Epiſcopo de dicta Cappella cuidam Clerico, tanquam de beneficio Eccleſiaſtico vacante, & ille Clericus vigore dictæ prouiſionis, poſſeſſionem adeptus fuiſſet, appellatione pendente, fuit dictum, quod talis poſſeſſio non excuſabat reum, quin ante omnia teneretur probare exiſtentiam beneficij impetrati, & quod eſset Eccleſiaſticum, & collatiuum, cum alias illius vacatio dari non poſset; per Abb. conſ. 47. nu. 1. lib. 2. Calder. conſ. 4. de relig. dom. Felin. in c. in noſtra, nu. 9. de reſcript. & ibi fuit allegata alia deciſio facta in vna Hiſpalen. beneficij 16. Iunij 1586. coram Robuſterio.

S V M M A R I V M.

Narratiua tanquam de beneficio reſeruato, non eſt iuſtificanda à prouiſo Apoſtolico, nu. 1.
Declara, ut num. 2.

An prouiſus à Papa teneatur iuſtificare narratiuam, tanquam de beneficio reſeruato.

1 Reſtringitur iuſtificatio etiam, vt non procedat in narratiua impetrationis, tanquam de beneficio reſeruato, puta vacationis

nis per obitum in menſe Apoſtolico, quando nec Ordinarius, nec alius prætendens collationem beneficij ad ſe ſpectare, aut ab illis prouiſus ſe opponit; quia tunc prouiſus à, Papa non tenetur verificare dictam vacationem per obitum in menſe reſeruato, vt fuit deciſum per Rotam in vna Corduben. beneficij 21. Aprilis 1599. coram Accorombono, vt in manuſcriptis diuerſ. deciſ. 120. vbi Papa prouideret de beneficio vacante per obitum N. de menſe Augusti, & quia non dabatur concurſus cum prouiſione ordinarij, vel alia prouiſione alicuius, qui ſe opponeret, fuit dictum, quod prouiſus Apoſtolicus non tenebatur iuſtificare dictam vacationem,& fuit allegata alia deciſio facta in vna Ceneten. Parochialis ſub die 9. Iunij 1557. coram Iurio; idque præſertim obtinet, quando adeſt clauſula generalis, ſiue aliquo quouiſmodo vacet, &c. ex qua poteſt capi beneficium, vt ſæpius fuit firmatum, & tradit Socin.conſ.32.nu.12.lib. 1.Caſſad.deciſ. 5.de præben.Simonet.de reſeruat. quæſt. 59. Felin. in c. in noſtra 6. corollar.de reſcript.Rota deciſ. 73. eod. tit. in antiquis; quinimmo iuſtificatio hoc caſu non requiritur, etiam ſi in prouiſione Papæ adſit clauſula, Dummodo hac vice collatio ad nos pertineat; quia ſatis dicitur pertinere ſi non appareat prouiſio in contrarium, vt fuit dictū in eadem Corduben. licet aliqui Auditores tenuerint contrarium in hoc, per Caſsad. d. deciſ.5. & Gemin.conſ.92.

Quod declaratur, vt locum habeat reſpectu plenę probationis, ad quam impetrans cum dicta narratiua non aſtringitur, niſi dumtaxat quando datur concurſus ipſius Ordinarij, vel ab eo prouiſi, ex quo tunc reſeruatio aſſerretur ad eum excludendū. Sarnen.in reg.de impetrat.benef.per obit.famil. Cardin.quæſt.13.nu.6. Ferret.conſ.2.nu.13. lib.1.Caſsad.deciſ.2.nu.2; de conſtit. Put. deciſ.266.nu 3.& 4.lib.3.Caputaq.deciſ.10. part.2.Rota deciſ.46.nu.4.par. 2. diuerſ. & fuit dictum in illa Giennen.Canonicatus 4.& 10.Maij 1587.coram Cardinale Blanchetto, & in illa Hiſpalen.beneficij 12, Maij 1603, coram Litta: Secus eſt quoad ſemiplenam probationem, nam iſta videtur neceſsaria, Caſsad. deciſ. 1.nu.1.verſ. nam pro ea facit, de probat. Rota in cauſa Marſicana beneficiorum 10. Iunij 1577.coram Clemente PapaOctauo tunc Auditore,& in cauſa Burgen. de Pancoruo 28. Nouembris 1588. coram Gypſio, & fuit etiam tentum in vna Legionen. Canonicatus, 2. Decembris 1602. coram Coccino.

SVMMARIVM.

Narratiua in caſibus, in quibus eſt iuſtificanda it non exigitur plena iuſtificatio, nu. 1.

Quod declaratur, ut nu. 2. & 3.

An narratiua in caſibus, quibus eſt iuſtificanda exigatur plena, vel ſemiplena iuſtificatio.

1 Sed quia in hac materia plerumque dubitatur an narratiua gratiæ ſit plene iuſtificanda, vel ne, ideo pro declaratione eſt ſciendum, quod regulariter non requiritur plena probatio, ſed ſufficit ſemiplena, Egid. deciſ. 113.& 114.Rota deciſ. 14.de probat. in antiq.Caputaquen.deciſ.277.nu.7.par.1. & fuit tentum in vna Pamphilonen. Parochialis de Barbarin. 26. Iunij 1597. coram Cardinale Seraphino, & aliàs ſępę, vt in Hiſpalen. portionis 18. Martij 1596. coram Cardinale Blanchetto,& in Leodien. Canonicatus, & præbendæ 22. Martij eiuſdem anni, coram Penia.

2 Sed iſtud dupliciter declaratur, & primo vt procedat reſpectu naratorum ſuper, quibus gratia non eſt fundata, ſecus quoad narrata, ſuper quibus gratia fundatur, nam ea plene, & concludenter ſunt verificanda: ita diſtinguendo tenuit Rota deciſ. 268. par. 1. diuerſ. & in vna Caſalen. Præpoſituræ, 23. Aprilis 1597.coram Gyptio.

3 Secundo declaratur, vt locum habeat in re parui præiudicij, quo caſu ſufficit ſemiplena probatio, etiam quoad narratiuam, ſuper qua gratia fundatur, vt in exemplo proxime relato; videlicet quando agitur de probatione obitus ad effectum reſeruationis. nec Ordinarius, aut ab eo prouiſus eſt in cauſa; Nam ceſſante horum præiudicio, reſeruatio ſeu vacatio in Menſe Apoſtolico, eſt res parui præiudicij, vnde ſufficit probatio, per publicam vocem, & famam, ſecundum Caſſad. deciſ. 1. num.11. verſ. nam pro ea facit, de probat.cum hæc probatio in re parui præiudicij habeatur pro plena probatione, Bald. in cap. veniens,in princ. num.8.verſ. ſi aliter factum eſt; & poſt eum Abb. num.8. de teſtib. Bart. in l. de minore, §. tormenta,nu.3. verſ. ſi vero iſta, de quæſt. & fuit tentum in ſupra allegata Legionen. Canonicatus coram Coccino, & eſt generale, quod probatio plena illa dicatur, quę ſecundum ſubiectā materiam eſt talis; vt Rota tenuit coram Epiſcopo Lauretano, in vna Pāpilonen. de Allo. 24. Martij 1577. in qua fuit dictum, quod ad probandum obitum in menſe reſeruato

ad

ad effectum reſeruationis pro prouiſo Apoſtolico, ſemiplena probatio, per famam habetur pro plena in obitu eius qui obijt in mari.

In re autem magni præiudicij,aliud eſt dicendum; quia tunc plena probatio requiritur, Rota diuerſ. deciſ. 108. par. 1. & fuit tentum in illa Conchen. Erectionis, 25. Maij 1592. coram Cardinale Seraphino, vbi agebatur de auferendo bona vnius Eccleſiæ, eaque applicando alteri; & fuit dictum, quod ea requirebatur, per Mohed. deciſ. 174. circa finem, & fuit allegata alia deciſio facta in vna Caputaq. Iuris Patronatus 11. Martij 1575. coram fel. record. Clemente Papa Octauo, tunc Rotę Auditore.

Hinc optimè deducitur, quod licet impetrans, qui ſe fundat in tempore obitus, debeat plenè probare illud tempus, Put. deciſ. 266. lib. 3. Tamen hoc intelligitur verum, quotieſcumq; agitur de obitu principaliter, & ſumus in materia obiectiua, videlicet quãdo probatio tendit ad annullandum gratiã; tunc .n. nõ ſufficiunt prẹſumptiuę probationes, ſed requiruntur plenæ, & concludentes, Rota deciſ. penult. & fin. de except. in nouis, & fuit reſolutum coram Bubalo, in vna Salamantina penſionis, 29. Nouemb. 1595. Secus quando agitur de obitu incidenter, & per viam replicationis, nam hoc caſu ſufficit impetranti probare obitum per publicam vocem, & famam, etiam quod non probetur tempus obitus, nam pro validitate gratiæ præſumitur obitus, tempore debito; & qui vult dicere quod non obijt debito tempore, ad effectum vt in hoc gratia ſit nulla, tenetur ipſe probare; & ita pluries reſoluit Rota. Creſcen. deciſ. 116. lib. 1. dicens fortius procedere, etiam ſi gratia, & obitus concurrant eadem die, & ex parte obijcientis probetur hora mortis, nam adhuc præualet præſumptio pro validitate gratiæ: idem tradit Simonet. deciſ. 23. latè Fab. qui ad partes diſputat, deciſ. 16. libr. 2. Guidobon. deciſ. 144. Tanc. deciſ. 75. latiſſimè Cotta, deciſ. 392. vbi refert diſputationes, & dicit fuiſſe cauſã iterum propoſitam vt ſatisfieret Domino Petro Baſſano, qui non poterat acquieſcere, & de nouo ita fuiſſe reſolutum, & bene facit Sarnen. in regul. de veriſimili. not. obitus qu. 6. qui dicit quod impetrans beneficiũ eodẽ die obitus, non tenetur probare obitũ impetrationẽ præceſſiſſe; ſed aduerſarius, quod obitus præceſſerit; quia in dubio ille actus præſumitur præcedere, qui eſt neceſſarius ad validitatem gratiæ. Felin. in c. Paſtoralis, colum. 1. verſ. ad identitatem, de reſcript. & aliter interpretando præſumeretur delictum, videlicet impetratio beneficij viuentis, contra regulam, 20. Idque Sarnen. inquit, obtinere data derogatione regulæ, de veriſimili notitia, &c. alias ſi exciperetur de dicta regula, impetranti incumberet onus probandi veriſimilem notitiam obitus, & ſic ſatiſfeciſſe dictę regulę, vt fuit aliàs decíſum, per Rotam; ſuper quo tamen vide eundem Sarnen. in d. regula, 20. de impetrat. benefic. viuentis.

P R A X I S

Libertatis Matrimonialis.

Quid ſtatuat Concil. Tridentinum, circa Matrimoniorum libertatem.

RESOLVTIO I.

Concilium Tridentinum, Seſſ. 24. de Reformat. Matrimon. cap. 9. loquendo de iſta materia, his vtitur verbis: *Ita plerumque temporalium Dominorum, ac Magiſtratuum mentis oculos terreni affectus atq; cupiditates excecant, ut uiros, & mulieres ſub eorũ iuriſdictione degẽtes maximè diuites, uel ſpẽ magnæ hereditatis habentes, minis, & pœnis adigant, cum ijs matrimonium inuitos contrahere, quos ipſi Domini, uel Magiſtratus illis praſcripſerunt. Quare cum maximè nefarium ſit, Matrimonij libertatem uiolare, & ab eis iniuriam naſci, à quibus iura expectantur; Pracipit S. Synodus omnibus cuiuſcumque gradus, dignitatis, & conditionis exiſtant, ſub anathematis pœna quam ipſo facto incurrant, ne quouis modo, directè, uel indirectè ſubditos ſuos, uel quoſcumque alios cogant, quo minus liberè Matrimonia contrahant.*

Pro cuius Tex. Concilij ornatu, videas omninò quæ cumulauit Nouarius in Collect. ad pragmat. Regni, ſub Rubric. de Baronibus.

SVMMARIVM.

Statutum prohibens filium nubere ſub conſenſu patris, non ualet. nu. 1.

Con-

Conditio nubendi, cum conſenſu alterius, adiecta in legato facto puellæ, an ſit contra libertatem Matrimonij.

RESOLVTIO II.

1 DVbitari ſolet, An conditio nubendi cum conſenſu alterius, de legato facto puellæ reijciatur? Et reſpondendum eſt, huiuſmodi conditionem reijciendam eſſe, & legatum pure deberi, etiam ſi puella nubat ſine dicto conſenſu, per text. in l. cum tale, §. reſcriptum, ff. de condition. & demonſtrat. l. turpia, §. 1. vbi Iaſ. in 3. not. de legat. 1. Gugliel. de Benedict. in cap. Raijnutius, in verb. Qui cum alia parte 3. num. 88. Corn. conſ. 105. & ſeq. lib. 2. Natta conſ. 355. per totum, libro 2. Cæph. conſ. 133. num. 44. lib. 1. Menoch. conſ. 69. nu. 29. lib. 1. & conſ. 322. nu. 41. & 42. lib. 4. Decian. conſ. 13. nu. 16. vbi de communi, lib. 1. & nu. 10. vbi teſtatur, communem eſſe opinionem, non valere Statutum, quod filia nubere nequeat, ſine conſenſu patris. Multa congerit Cardin. Mantic. de coniectur. vlt. volunt. lib. 1. tit. 18. nu. 8. verſ. ſed eleganter quæritur, Vaſquez controu. Illuſtrium, capit. 94. num. 14. & ſeq. Quamuis etenim non reijciatur iſta conditio, ſi nupſerit, de conſilio alterius; tamen ſecus eſt ſi fuerit dictum, de conſenſu: cum hæc conditio impediat libertatem Matrimonij, Dec. in l. 1. num. 13. verſ. & quod not. Paul. ff. de officio aſſeſ. Felin. in cap. ex parte, ſub nu. 1. col. 2. verſ. ſed vltra omnes, de conſtitut. Aym. conſ. 1. num. 3. verſ. ſolum ſupereſt. Eman. Coſta in l. cum tale, §. ſi arbitratu, in vlt. ampliat. ſub num. 12. verſ. cæterum, quam opinionem tenuit etiam Rota, in vna Romana bonorum de Cencis 11. Martij 1585. coram Fælic. record. Clemente Papa VIII. tunc Auditore.

Et procedit iſta Concluſio, nedum quando legatum eſt factum ex cauſa onerosa, veluti quando Pater legat filiæ pro omni, & toto eo, quod prætendere poteſt, quo caſu dos dicitur ſubrogata in locum legitimæ. Aym. conſ. 84. ſub num. 4. & 5. Sed etiam quando eſt factum ex cauſa lucratiua, vt declarat Emanuel Coſta, loco præalleg. ſub num. 12. verſ. ſed vir aliquis bene doctus, Vazq; in dict. cap. 94. ſub num. 15. & ſeq. vbi omnes contrarium tenentes reprobat.

Quinimò ſi fuerit relictum mulieri, vt facilius nubat, adhuc legatum debetur, reiecta dicta conditione, quæ impedit matrimonium, quod facilius cum eo, quod relictum eſt, ſubſequeretur; vt per Felyn. in cap. 1. ſub nu. 15. de ſponſal. Et licet text. in l. in ſponſa, de ſponſ. videatur contrarium diſponere; tamen loquitur de conſenſu Patris, habentis in poteſtate filiam, qui de iure Digeſtorum requirebatur, cuius legis diſpoſitio hodie non habet locum; vt per Couar. ſuper 4. Decretal. in 2. parte, §. 8. capit. 3. in principio.

SVMMARIVM.

1 *Conditio adiecta legato dotis, de nubendo cum conſenſu alterius, reijcitur; & quid ſi dicatur: ſi matrimonium cum tali contraxerit.*

2 *Conditio de nubendo cum aliquo, intra quod tempus eſt adimplenda.*

Conditio, ſi Matrimonium cum tali contraxerit, Num ſit contra libertatem Matrimonij?

RESOLVTIO III.

1 PRO reſolutione huius articuli, dicendum eſt, quod licet conditio nubendi cum conſenſu alterius, de legato reijciatur, vt dictũ eſt, tamen ſecus eſt ſi fuerit dictum, ſi matrimonium cum tali contraxerit; nam hæc conditio valet, & reddit legatum conditionale, qua non impleta, legatum non debetur; Pro impleta tamen habetur, vbi per ipſam legatariam non ſteterit, quin Matrimonium cum eo contrahat, vt probat text. in l. 1. & 2. C. de inſtit. & ſubſtit. & tenuit Rota in vna Mediolanen. Indulti. 27. Octobris 1603. coram Cardinale Pamphilio, in qua præciſe fuit dictum, quod licet conditio de nubẽdo cum aliquo de certa familia, teneat, nec reijciatur; nihilominus habetur pro impleta, vbi per eam non ſteterit, quin nubat cum aliquo de dicta familia, qui nubilis ſit.

2 Et hæc quidem conditio debet impleri intra triennium poſt pubertatem ipſius mulieris, per text. in l. 2. §. ad filiorum, vbi Bart. & alij hoc notant, C. quom. & quibus quar. par. deb. lib. 10. quam opinionem ſequitur Iaſ. in dict. l. 2. nu. 6. C. de inſtit. & ſubſtit. confutando opinionem Caſtren., qui ibidem concludit, quod niſi mulier fuerit interpellata ab alio, cui debet nubere, vel niſi ſibi ſit limitatum tempus à Iudice, ad inſtantiam creditorum hæreditatis, vel ſubſtituti; vel niſi mortuus ſit ille, cui debebat nubere antequam ipſa procuret Matrimonium; quod extra iſtos tres caſus, poteſt quandocunque conditionem implere, & quandocumque impleat, admittetur.

Repertus cum aliqua Muliere, ſi ſtatim poſt concubitum, Matrimonium contrahat, non præſumitur libertas ad contrahendum.

RESOLVTIO IV.

CAſus iſte in terminis deciditur à Iure Conſulto in l.nec,ff.de eo, quod metus cauſa,ibi, comprehenſus,vel in alio flagitio, vel dedit aliquit, vel ſe obligauit; Pomponius lib.28. rectè ſcribit, poſſe eum ad edictum hoc pertinere; timuit enim, vel mortem, vel vincula, &c. Ex quo textu colligunt omnes, quod ſi aliquis corruperit mulierem aliquã, & in tali concubitu reperiatur ab illius mulieris conſanguineis, à quibus ſub comminatione mortis,cogitur illam ducere in vxorem, & tali metu compulſus ducit illam in vxorem, iam matrimonium eſt nullum, ita Ioan.Andr. in dict. cap. veniens lo ſecundo, nu. 3.& 8. in fine,Ledeſma in addit. ad tertiam partem,quæſt.45.parte 3.concl.1.§.ſed adhuc eſt dubium, Rodriq.parte 1.ſuæ ſummæ,cap.230. concl. 3. verſ. il quale accade, Cuccus lib. 1.Inſtitut. maior. tit.12.nu.160, & probat etiam Sanchez lib. 8. de Matrim. diſp.12. nu. 14. §. valde tamen, plures alios cumulat, & probat Maſcard. in tract.de probation. concluſ. 104. nu. 48. quoniam ſine voluntate Matrimonium contraxit, & metu mortis, & ſic nullius eſt momenti.

Plus dixerunt DD. loquendo in foro exteriori,quod ſi aliquis actu reperiatur cũ aliqua muliere, & cum illa ſtatim contraxiſſet matrimonium, licet expreſsè non appareat de metu compulſiuo; in dubio tamen præſumitur metu mortis illud contraxiſſe, vt ex pluribus probat Alexan, conſ.99.vol. 3.probant etiam Archidiacon. Præpoſit. Imol. Rimin. Pariſ. & plures alij, quos ſequitur Maſcard. dict.nu. 88. Et eo magis id locum habet,ſi vir ille ſtrepitum armorum per Aulam audiuiſſet, & adeſſet oſtium clauſum, quod non poſſet aufugere; nam Matrimonium metu mortis præſumeretur contraxiſſe, quamuis teſtes dicerent, illum voluntariè contraxiſſe, quia ex dictis coniecturis præſumitur euidens metus; & ſic Matrimonium eſt nullum, vt probat Martin. Monter. deciſ. 45. Rotæ Aragon.vbi ſic deciſum refert in illo Senatu; ſicque pluries conſului.

Conditio nubendi cum conſanguineo, adiecta in legato facto puellæ, an ſit contra libertatem Matrimonij, & ſit reiciendum?

RESOLVTIO V.

PRO parte legatariæ conſideratur. Quod Matrimonia, tàm in contrahendo, quam in diſtrahendo, debent eſſe libera ab omni pœnarum genere; ad text. in leg. Titia, ff. de verborum obligat. §. ſecundo, Cod. de inutil. ſtipulation. capitulo Gemma, de ſponſal. cum alijs innumeris, recollectis per Sanchez in tract. de Matrimonio, libro primo diſputatione 30. tota, vbi ex iuribus prædictis, & alijs latiſſime oſtendit, vt etiam pœna promiſſa non ſit debita ab eo, qui violauit fidem, & hoc etiam in foro conſcientiæ, quia talis pœna impedit Matrmonij libertatem, ex probabiliori ſententia; Hoc procedit, etiam ſi medio iuramento fuerit pœna promiſſa, quamuis multi contrarium in hoc teneant, quos etiam recenſet idem Sanchez, dicto libro primo diſput. 33. num. 20. & 24. ſed nunc legataria amitteret in pœnam, medietatem legati:ergo conditio reijci debet.

Item ex quo contrahentes ſunt conſanguinei, non poteſt eſſe inter eos Matrimonium,cap. non debet de conſanguinit. & affinit. cum vulgatis alijs; quo fit vt conditio prædicta, tanquam turpis, & contra ius Diuinum, ſit reijcienda; & legataria cum integro legato poſſit libere ducere alium virum; Et ita in indiuiduo ſcripſerunt Cyn. Petr. de Bellapert. Alberic. Salic. & alij,in l.2. C. de inſtitut. & ſubſtit. quos recenſet, & probat Lofred.conſ. 16. probat etiam Mantica lib. 11.de coniectur. vltim. volunt.tit.18. nu. 6. Morot.conſ. 77.Molin. lib. 2. de primogen. Hiſpan. capit.13. num.12. & 13. Henriquez in ſumma lib. 12. de Matrim.cap.10.nu.4.& hæc ſunt præcipua fundamenta pro parte legatariæ.

Contrariam tamen ſententiam veriorem eſſe exiſtimaui, vt valeat conditio adiecta, vt quis ducat conſanguineam in vxorem, vel puella ducat conſanguineum in virum, obtenta diſpenſatione Summi Pontificis; vt ex multis probauit à Coſta, lib. 1. Selectar. cap.8. nu. 14. Molin. lib. 2. de priinog. Hiſpan. cap. 13.a num. 8. vſque ad num.13. Melch. Palaez.in tract. de maiorat. parte prima quæſt. 50. num. 2. & artic. 4. quæſt. 40. num. 2. & Guttier. conſ. 18. nu.9. Curt. Iun. conſ. 54. nu. 13. &

& 14. Sanchez in tract. de Matrim. lib. 5. diſputat. 5. numer. 19. Qui plus ſubdit, vt licet aliqui in hoc caſu in contrarium teneant, conditionem illam reijciendam eſſe, tanquam turpem, & impoſſibilem, vti dependentem à voluntate Principis ſupremi, vt eſt Sūmus Pontifex; & eorum opinio procedat, quando teſtator non expreſſiſset, vt obtineretur diſpenſatio à Summo Pontifice, ſed ſi id expreſſiſſet, vt matrimonium contraherent, præcedente diſpenſatione prædicta, tunc conditio adimplenda eſſet in forma ſpecifica, ex doctrina Cornei, conſ. 54. num. 13. & 14. & aliorum plurium, quos ipſe Sanchez dict. diſput. 5. num. 26. cumulat. Imò num. 25. refert Gurtier. Soc. Iun. Sot. Tambien. Armill. ſcribentes in l. hæredes mei, §. cum ita, ff. ad Træbell. vt etiam ſi à teſtatore nō eſſet expreſsum, obtinendam eſſe diſpenſationem à Sede Apoſtolica, adhuc conditionē illam adiectam legato, adimplendam eſſe in formam ſpecifica; ſed quando id expreſſum eſſet per teſtatorem, omnes concludunt, conditionem illam ſpecificè eſſe adimplendam.

Adeo quod nec obſtat aliquem eſſe in ſecundo gradu conſanguinitatis, in quo non ſolet Papa diſpenſare, niſi inter magnos Principes, vt ex Concil. Trident. ſeſſ. 24. de Reform. cap. 5. Nam ad huc conditio pręfata eſt valida, & obligat legatarium ad obtinendam diſpenſationem, vel ſaltem ad illam procurandam; & ratio eſt, quia licet diſpenſatio iudicetur difficilis, hoc potius ad difficultatem, quam ad impoſſibilitatem pertinet, & ſucceſſiuè nō reddit actum impoſſibilem, vt probauit Coſta, dict. cap. 8. numer. 14. Guttier. d. conſ. 18. num. 9. & latius defendit Sanchez, in d. diſput. 5. num. 20. verſic. ſed verius.

Cum diſpenſatio pendens à voluntate principis, non ſit impoſſibilis; ſed id eſt verum tantum in his caſibus in quibus non eſt ſolita concedi diſpenſatio; at quando ſolita eſt concedi, ſed cum difficultate, tunc non dicitur impoſſibilis, ſed difficilis; ſic ſcripſerunt Cuman. in dict. §. conſtat, vbi Alex. nu. 5. Iaſ. qui teſtatur de communi, numer. 13. ſic etiā Roman. Soc. Iun. Prępoſit. Dec. Cagnol. Couarr. Lopez, Pinel. à Coſt. Teſſ. Gomez, Palaez, Molin. Guttier. & alij plures, quos cumulat, & probat Sanch. dicta diſp. 5. num. 12.

Confirmatur; nam licèt conditio, à voluntate Principis dependens, reputetur impoſſibilis; attamen quoties eſt præambula, & neceſſaria ad valorem diſpoſitionis, & actus qui geritur, licèt ſi ſummè difficilis, non eſt reijcienda, ſed eius euentus expectari debet, ita Bal. in l. 1. q. 9. num. 17. Cod. de inſtit. & ſubſtit. Alex. in d. §. conſtat. nu. 5. vbi Iaſon, num. 16. qui teſtatur de communi, & poſt prædictos Soc. & Gomez, idem probat Sanchez, d. nu. 12. §. Secundò principaliter probatur. Sed in caſu noſtro hæc diſpenſatio neceſſaria eſt, vt legataria obtineat legatum, dum ſub illa conditione, & non aliter legatum fuit factum; igitur omninò obtinenda eſt diſpenſatio, vel ad minus petenda; vt apparere poſsit, per ipſam legatariam non ſtetiſſe adimplere conditionem, adiectam legato per teſtatricem.

An ſtatutum dicatur contra libertatem matrimonij, præcipiens, vt non poſſit contrahi extra territorium, ſub pæna amiſſionis hæreditatis.

SVpradictum ſtatutum eſse inualidum, & conſequenter contra libertatem matrimonij, probatur ex eo, quod quoniam etiam ſecundum ius Ciuile, dum pæna appoſita in matrimonio reſpicit diminutionem proprij patrimonij, reijcitur tànquam contra libertatem eiuſdem matrimonij, vt ſcripſerunt Ioan. Andr. in cap. ſtatutum de hæret. in 6. quem ſequitur Ioan. de Plat. in l. edicimus, c. de murilegul. lib. vndecimo. Felyn. in cap. Eccl. Sanctæ Mariæ, n. 61. & ſeq. de conſtit. Curt. ſen. qui teſtatur de magis communi, conſ. 27. Marin. de Caramanic. in conſtit. Reg. Cum hæreditarium, Thom. Campeg. in tracta. de auctoritate Pap. ſub titul. de officio Princip. Chriſtia. vbi ait, eſse officium Principis Chriſtiani, reuocare huiuſmodi ſtatuta.

Verum ſunt nonnulli qui tenent, tunc huiuſmodi ſtatuta eſse nulla, & inualida, etiam quoad pænam, ſi mulieres non poſsent commodè nubere intra territorium, ſed ſi commodè nubere poſsent; valere ſtatutum, quia eſset quodam impedimentum ſecundum quid, & ſic accidentale, & non contra ſubſtantiam, & libertatem matrimonij; ita ex Bero. in cap. præterea, numer. 89. de præbend. de Ponte, in tract. de poteſtate pro reg. in tit. de aſsenſu Reg. ſuper dotibus, in princip. numer. 6. probat etiam Ioan. Lup. in cap. per veſtras, §. 7. verſic. & pro iſta, de donat. inter vir. & vxor. & fuit originale dictum Bartoli, in dicta leg. edicimus, quem ibidem probat Ang. ſic etiam Bal. in l. 1. §. jus naturale, num. 4. ff. de iuſt. & iure, in cap. 1. numer. 33. de conſtit. Corſet. ſing. 9. in verbo, Satutum, Soc. conſ. 35. vol. 1. Dicunt enim, ſi ſtatutum mandaret, vt matrimoniū

eſſet nullum, & irritum, tunc non valeret Statutum, quia directè tolleret libertatem Matrimonij, ſed quando ſolum prohibet Matrimonium ſub certa poena, tunc valeret Statutum, ſi commodè Matrimonium cum Ciuibus eiuſdem Territorij contrahi poſſet, tū vt bona conſeruentur inter Ciues, tum etiam ob alia cōmoda, quæ reſultant ex Matrimonio contracto inter ciues, quorum opinio ſaltem de facto aliquibus in locis ſeruatur, vt dixi in dict. Conuent. parte prima capitulo 5. citato, & ſecundum iuris rigorem non eſſet Statutum contra libertatem matrimonij directè, & ad minus eſſet quodammodo indirectè, quia non adeſt omnimoda libertas contrahendi matrimonium ad libitum, & ſic impedimentum eſſet per accidens, quod ſubſtineri poſſet ob maiora bona Reipublicæ.

Ego tamen veriorem exiſtimo ſententiam pro validitate huiuſmodi ſtatuti, & vltra prædicta moueor ex duobus alijs; Et primo quoniam nulla maior conuenientia adeſſe poteſt, quam vt puella nuberet de conſenſu parentum, imo Sacri Canones iubent filios debere matrimonium contrahere de conſenſu parentum, & peccare mortaliter ſi contra parentum voluntatem ſine cauſa nuberent, at ſi fieret ſtatutum, vt puella etiam annorum quatuordecim, in qua ætate cadere poteſt deceptio, non poſſit matrimonium contrahere ſine conſenſu parentum, ſtatutum eſſet nullum, quia impediret libertatem matrimonij, vt etiā Ciuiliſtę probant, inter quos eſt Alex. conſ. 7. vol. 1. & alij plures, quos probat Couarr. in epith. de ſponſal. part. 1. capit. 3. §. 8. nu. 6. Menoch. lib. 2. de arbitr. iudic. caſ. 453. nu. 10. & ſeqq; vbi ſubdit eſſe nulla, & inualida, & contra libertatem matrimonij, & Statutū Patauinū. Brixienſe, quæ ſtatuerunt contrarium, & ſucceſſiuè a maioritate rationis erit nullum Statutum in caſu noſtro, ob poenam appoſitam cōtra mulieres illas, quæ nubant extra territorium.

Poena appoſita in Matrimonio contrahendo, quando dicatur impedire libertatem Matrimonij.

CErta, ac indubitata eſt iuris concluſio, Matrimonia, tàm in cōtrahendo, quam in diſtrahendo debere eſſe libera ab omni penarum genere; ad textum in l. Titia, ff. de verborum oblig. l. 2. C. de inutil. ſtipulation. cap. Gemma de ſponſal. cum alijs innumeris recollectis, per Sanchez in tract. de Matrimon. lib. 1. diſputat. 30. tota, vbi ex iuribus prædictis, & alijs latiſſime oſtendit, vt etiam poena promiſſa non ſit debita ab eo, qui violauit fidem, & hoc etiam in foro conſcientiæ, quia talis poena impedit Matrimonij libertatem, ex probabiliori ſententia.

Hoc procedit etiam ſi medio iuramento fuerit poena promiſſa, quamuis multi contrarium in hoc teneant, quos etiam recenſet idem Sanchez, dicto lib. 1. diſput. 32. num. 20. & 24. ſed tunc legataria amitteret in poenam, medietatem legati; ergo conditio reijci debet.

Vt autem certa ab incertis ſecernamus, ſuppono vnum tanquam veriſſimum, illam tantum veram poenam dici impedientem libertatem Matrimonij, & reijciendam, quæ conſiſtit in diminutione proprij patrimonij; exemplum eſt commune, quando ſponſalibus adijcitur poena certæ quantitatis ſoluendæ ab eo, qui nolit ſponſalia contrahere; & hæc eſt propria poena, quæ à iure improbatur, vti reſtringens libertatem matrimonij, & ità procedunt iura, & Doctorum auctoritates relatæ num. 1. & 2. vt eſt videre penes Sanchez, de Matrimon. dicto lib. primo, diſput. 30. num. 1. & ſeqen. & de hac poena hic non loquimur.

Si vero quantitas promiſſa non conſiſteret in proprio patrimonio minuendo, ſed in aliquo lucro non acquirendo, tunc omnes concludunt, hoc eſſe licitum. & ſic legataria poteſt honeſtè nubere; cum illa perſona teneatur conditionem illam adimplere, quam ſi adimplere noluerit ammittat legatum. ſic de iure reſpondit Caius Iur. conſ. in l. cum ita. §. ſi Titio nupſerit, ff. de cond., & demonſtr. vbi Bart. & communiter alijs, l. vter ex fratribus, Cod. de inſtit. & ſubſtitut., ſub condict. fact. Quod etiam procedit de iure Canonico, vt in c. de illis, extra de ſponſalibus, & matrimon. Oldradus conſ. 16. Socin. Iun., & allij, quos probat Gratian. conſ. 108. numer. 6. vol. 2. Felin., Crauet., Rolan. & alij, quos ſectatur Mant. de tacit. & ambig. lib. 11. tit. 18. nu. 1. & ſeqq. & in hac concluſione in his terminis poſita nemo cōtradicit, texte Sanchez, de Matrim. lib. 1. diſput. 33. nu. 6. cum ſeq. & ratio eſt manifeſta, dum enim non eſt propria poena, quæ a iure comprobatur, ſed potius ſit quoddam præmium, quo homines allecti inuitentur ad matrimonium contrahendū; vtique in poteſtate legatariæ fuit nolle lucrū accipere, & nubere ad libitum, cuicumq; ſed præmium debetur illi cui per teſtatricem

fuit

Digitized by Google

fuit relictum, & hóc, eatenus eſt verum, vt ſolum vicietur conditio, quoties illa perſona non eſſet paris conditionis tum ſi haberetur conditio pro impoſſibili, & reijceretur ſed alius deberet adimpleri vt habetur in dict. lege verò ita cum alijs cumulatis, per Sanchez dict. diſput. 33. num. 11.

Quoties timetur de libertate contrahendi Matrimonium, quid agendum per Epiſcopum?

Animaduertendum eſt in hoc, quod vbi contingat dubitari de libera voluntate puellę in contrahendo Matrimonio, interim Iudex non poteſt cogere adultam inuitam educari penes perſonam in qua adulta non conſentit; imò tenetur in hoc ſequi voluntatem ipſiuſmet adultæ eligendo perſonam quam ipſa petierat; idque comprobatur ex pulcherrima Doctrina Alberici in l. fin. Cod. de contr. iud. tutel. vbi ait quod licet Priuigno non ſit dandus tutor eius vitricus, tamen ſi Priuignus factus adultus petat ſibi in curatorem vitricum ſuum, vitricus poterit eſſe curator ſui Priuigni petentis, etiam ſi agnati contradicant, & dicit quod hæc fuit opinio, Alzan. & Vberti de Bobio, & quod ita obtinuit, & illam ſequitur Alciat. reg. 1. pręſ. 22. numer. 4. Borgnin. Caualc. de tutor. & curat. num. 308. Quod ſi Iudex dubitet de libera voluntate ipſius adultæ; tunc debet eligere domum honeſtæ matronæ, in quam adulta veniat, vt poſſit eius voluntas explorari, prout in ſimili tradidit Iur. Conſult. in l. 1. §. ex hoc, in fin. verſic. item Prætor, ff. de vent. inſpicien. & in l. 3. propè fin. verſic. in hoc interdicto, ff. de liber. exiben. quem text. procedere etiam quando inter matrem, cognatos, & agnatos eſt controuerſia de loco, in quo filius ali debeat, voluit expreſsè Alber. in d. l. 3. §. Iulianus, & in d. verſ. in hoc interdicto, & ibidem Angel. ait ſe neſcire text. alibi dicentem, hominē liberū deponendū eſſe, niſi ibi. Sed quod filia habeat excluſiuam, probatur per Conſuet. Neap. Si quis habet; & in conſuet. Si Mulier nupta, in quibus cauetur, quod filij vtriuſque ſexus poſſunt etiam ſine cauſa recedere à proprio patre, & Iudex non poteſt illos cogere ad habitandum cum patre, debet tamen eligere aliam domum tutam, vt ſine vlla maligna ſuſpitione alatur, & educetur, & euitentur ij, qui pudicitiæ mulieris poſſint inſidiari l. 1. in fin. principij, & leg. penult. ff. vbi pupil. educ. deb. & ex his ita obtinui in explicatione voluntatis Donnæ Beatricis de Guerara, nunc Marchionis S. Agathæ, Reſpectu autem Parentum, qui ſeruari debeat, præſertim quando adeſt ſuſpicio contrahendi matrimonium cum turpi perſona? docet Pacian. conſ. 120. Etſi Pater tranſiertat ad ſecundas nuptias, & ſeuerè agat cum filiabus primi Matrimonij, an ſit iuſta cauſa illas ſequeſtrandi à poſſe patris, declarat Peguer. deciſ. 97.

Conditio contrahendi Matrimonium cum Conſilio alicuius, an ſit contra libertatem Matrimonij?

Videbatur in facti contingentia reſoluendū pro parte affirmatiua, ſi quidem obligatio requirendi conſilium alterius non eſt, leuis, ſed magnæ conſiderationis, & ſolemnitatis. Quia quamuis conſilium petens non ſit regulariter obligatus illud ſequi; tamen dictum conſilium poteſt eſſe tanti ponderis, & efficaciæ, quod poſſit trahere petentem conſilium in ſententiam conſulti, l. item ſi vnus 17. §. fin. cum l. ſeq. ff. de arbitris, cap. bonę il 1. de electiōn. l. 32. tit. 4. lib. 17. tit. 22. Partita 3. Ita docuit Bartol. in dict. §. plures, num. 13. in fin. gloſ. verbo, ſiue diſcordet, in d. cap. cum olim, de arbitris, Cardinal. in Clementina, 1. numer. 15. in fine, de offic. delegat. Felinus in capit. ex parte, ſub numer. 1. poſt principium, verſ. ad hoc reſpondet, de conſtit. Butrius in capit. cum olim, num. 18. de arbitris. Caputaq; deciſ. 305. numer. 3. part. 1.

Præterea eo magis augetur onus petendi conſilium, quia debet præcedere, ac peti ante actus eſpeditionem, & ſi poſtmodum peteretur, actus irritans, & nullus eſſet. capit. cum in veteri. 52. verſ. quod ſi in tractatu electionis, & ibi gloſſa, verbo, requiſitum, vbi notat Hoſtienſis, ſub num. 5. Butrius, num. 5. Imola, num. 7. Abbas, in cap. 7. & num. 13. de election. idem Abb. in cap. ex parte, nu. 6. de conſtitutionibus. Bart. in l. ſi autem, num. 1. ff. de aqua plu. arcenda. Baldus in rubr. Cod. de exercitoria actione, numer. 6. in fine, & in Margarita decretalium, in verbo, conſilium debet requiri, ante finem, Bertachinus in tractat. de Epiſcop. part. 1. numer. 91. libr. tertiò. Lambertinus de iure patronatus, libr. 2. part. 2. quæſt. 4. artic. 8. numer. 4. & libr. 2. part. 2. quæſt. 4. art. 11. numer. 7. & 8. Caputaquen. deciſ. 305. num. 3. part. 1.

Item eſt petendum conſilium, non ſolum ante factum, ſed etiam prius congruo, & competenti tempore, vt in dicto capitulo cum in veteri, ibi, competenti tempore.

Burtius, ibi, num. 5. & 6. Abb. nu. 7. & 9. vbi firmat, quod ſi is, qui tenebantur requirere conſilium, cartauit ſe ad extremitatem temporis, non valet actus ſine conſilio geſtus, licet propter extremitatem temporis non potuerit habere conſilium. Nam imputandum eſt illi, qui in tantum ſe arctauit, l. 2. ff. ſi quis condition. Imola in d. c. cum in veteri, nu. 8. Caputaquen. deciſ. 222. nu. 3. & deciſ. 305. num. 23. par. 1.

Contrariam ſententia veriorem, ac communiorem exiſtimaui, vt non dicatur contra libertatem matrimonij. Nam ad vnum effectum dicetur actus liber, ad alium vero effectum, non: Exemplum, in matrimonio requiritur libera voluntas, c. Gemma, c. cum locum, cum ſimilibus, de ſponſalibus: & nihilominus eſt valida conditio, appoſita in legato puellæ relicto, ſi cum conſilio Sempronij nupſerit, ex quo ſolummodo tenent illud exigere, minimè tamen obligatur illud ſequi, vt conſuluerunt Paulus Caſtren. conſ. 300. incipit, Videtur dicendum, nu. 1. & per tot. lib. 1. Aymon conſ. 1. & per tot. Felin. in d. cap. ex parte, ſub num. 1. colum. 1. verſicul. Sed vltra omnes, de conſtitutionibus: Vbi firmat, quod non ſolum non eſt contrarium matrimonio requirere conſilium conſanguineorũ, & amicorum in matrimonijs contrahendis: Immò eſt naturæ illius actum conſonum, per tex. in l. viduæ, & l. in copulandis, C. de nuptijs. Reſoluit etiam Couaruuias, in 4. de ſponſalibus 2. part. cap. 3. §. 8. nu. 3. qui omnes reſpondent, minime in hoc caſu locum habere, l. cum tale §. arbitratu, ff. de condit. & demonſtrat. vbi late, Coſta in limitat. 11. repetitionis, quam fecit ad d. §. ſi arbitratu, licet ipſe, & Menoch. de præſumpt. lib. 6. præſumpt. 34. numer. 30. de hoc dubitauerint.

P R A X I S

Executionis Vltimarum Voluntatum, iuxta mentem Concilij.

An executio relictorum piorum ſpectat ad vtrumque Iudicem.

IN hoc regno adeſt Tribunal Reuerendę Fabricæ, quod repræſentat poteſtatem Eccleſiaſticã, cui Tribunali adiungitur perſona Regia; ad quam ſpectat relictorum piorum executio. Nouar. in tract. de priuil. miſerabil. perſon. priuileg. . . . . .

Quidquid aſſerant DD. antiqui ſpectare ad vtrumque, adeo quod inter eos eſt locus præuentioni.

Pro qua ſententia ponderatur tex. in d. l. nulli, C. de Epiſcopis, & Clericis, verſ. vel in Clariſsimis, l. hæreditas in fin. D. de petitione hæreditatis, ibi Principali, vel Pontificali authoritate compelluntur ad obſequium ſupremæ voluntatis, tex. in l. 3. §. 1. D. de alimentis, & cibarijs legatis; Autentic. lic. de Eccleſiaſticis titulis §. ſi quis ædificationem, & §. ſi vero ſemel, Autẽtic. Vt cum de appellatione cognoſcitur, §. cum vnum, vbi gloſ. col. 4. Doctores in cap. relatum il 1. de teſtamentis Bart. in l. 3. D. de alimentis, & cibarijs legatis, Archidiaconus in dict. cap. Sylueſter etã tenet in titul. de vltimarum voluntatum execut. nu. 8. Innocentius, & Ioannes Andreas in dict. cap. ſignificantibus de officio Delegati. Angelus conſil. 119. Barbatia conſ. 42. vol. 4. Belluga in ſpeculo rubrica 17. §. videamus, nu. 4. Tiraquellus de priuilegijs piæ cauſæ, priuilegio 149. de Canibus in tractatu de executione vltimarum voluntatum, p. 1. nu. 28. & in vtroque foro hanc eſſe veriorem opinionem tradit Marta de iuriſdictione, 2. p. cap. 10. num. 18. & ita video ſine contradictione receptum in hoc Tribunali Domini Archiepiſcopi Toletani, in quo nouiter eſt creatus Fiſcalis operarum piarum, ad cuius petitionem, viſitantur teſtatorum vltima elogia, & executioni mandantur; quod munus hodie exercet noſter Doctor Sebaſtianus Ximenez, qui vtriuſque iuris concordantiã cõpoſuit, & nouiter proſequitur, non parcendo calamo, diu noctuq; ſine præmio tanti laboris.

Et hoc ampliatur ad legata pia, & pietatis cauſa relicta, nã tunc ad Iudicẽ laicum non ſpectat executio, neque in his eſt locus præuentioni, vt in capit. decernimus de iudicijs, ita Geminianus conſ. 20. Ioannes Andreas, & Felinus in cap. cum ſit, de iudicijs, licet Couarr. de teſtamentis cap. 3. nu. 8. & Epiſcopus poſſit executioni tradere vltimas pias voluntates, non poterit mutare vnum, neq; vnũ opus pium conuertere in aliud, etiã magis pium, vt in Clementina, quia contingit de religioſis domibus, vbi Imola, & Zabarella, & iſtam materiam copioſè explicuimus lib. 4. comm. quæſt. fin. ex nu. 57. neque illud eſt alteratũ ex cap. 8. ſeſs. 22. Concilij Tridentini, quod non mutat ius commune, immò

immò tota facultas intelligitur prout de iure communi, ſit diſpoſitum ibi: Iuxta ſacrorum canonum cognoſcantur, & exequantur. de cuius tex. intellectu vide Rodriquez num. 1. qu. regular. qu. 75. artic. 1. fol. 389. Gutier. canonicarum quæſt. cap. 35. num. 19. & 28. Azeuedo in lib. 20. tit. 1. lib. 4. recopillationis, num. 29. in fin. in lib. 3. titul. 4. num. 9. & 10. lib. 8. recopillat. Marta de iuriſdictione, 2. part. cap. 20. num. fin. Quilibet tamen Iudex, tam Eccleſiaſticus, quam ſecularis debet valde curare vt teſtantium voluntates executioni tradantur, quia expedit Reipublicæ ſuprema hominum iudicia exitum habere, leg. vel negare poteſt, D. quemadmodum teſtamenta aperiantur.

Teſtamenti executio tam ad pias cauſas, quam ad profanas, negligente hærede intra annum adimplere defuncti voluntatem, deuoluitur ad Epiſcopum.

EST enim Epiſcopus in caſibus à Iure conceſſis omnium piarum diſpoſitionum, tam in vltima voluntate, quã inter viuos, exequutor. Franciſcus Leo, parte 4. cap. 2. num. 42. & in huiuſmodi cauſa piarum diſpoſitionum, quarum executio ad ipſum ſpectat, poteſt Epiſcopus etiam eſſe Iudex, & conſtituere procuratorem ad agendum coram ſe. Gemin. conſ. 214. quem citat, & ſequitur Cardin. Tuſch. tom. 3. concluſ. 257. n. 7.

Quæ quidem executio ſpectat ad Epiſcopum illum, in cuius iuriſdictione ſita ſunt bona diſtribuenda; non autem ad illum, in cuius Iuriſdictione Teſtator morabatur, Romanus conſ. 250. in princip. quem refert, & ſequitur Tuſch. dict. tom. 3. concluſ. 293. nu. 27.

Ratio autem Principalis reſolutionis ea eſt, quia faciens legatum poſt eius mortem eſt miſerabiliſſima perſona, cum deſtituta ſit omnium auxilio, nec habeat illud velle, vt in l. 1. Cod. de Sacroſanct. Eccleſ. Atqui Epiſcopus, & quilibet Epiſcopus, Iudex Eccleſiaſticus debet ſubuenire omnibus oppreſſis, & miſerabilibus perſonis, deſtitutis omni auxilio. capit. ſuper quibuſdam, de verborum ſignific. Ideò Iudex Eccleſiaſticus eius legata profana, & ad pias Cauſas exequitur.

Illa enim ratio mihi placet, quia exequutor, qui non adimplet voluntatem defuncti, peccat mortaliter, ſecundum negligentiæ qualitatem. Palat. in repet. rubr. §. 65. num. 20. Nau. in Manual. capit. 25. num. 65. Emmanuel. in ſumm. par. 1. capit. 33. nu. 8. Spin. in Specul. teſtam. Conſ. 28. num. 47. 48. 67. & 68. Padil. in ſumma legum pœnalium, parte 2. caſu 25. num. 29. Carrillo en explication de la Bulla de los defunctos p. 2. capit. 15. num. 8. & capit. 16.

Et ratione peccati, efficitur laicus de iuriſdictione Epiſcopi. Gratian. diſcept. forenſ. capit. 154. numer. 25. cum ſequentibus. Illud tamen aduertendum duxi, quod quoties agitur ſolum modo de implenda vltima voluntate; Epiſcopus, ſeu quicumque alius Diœceſanus, ac etiam Capitulum, Sede vacante, iuxta reſoluta per Azor. par. 2. lib. 3. capit. 37. quæſt. 6. ſtatim poſt aditam hęreditatem cogere poterit, niſi natura operis, aut aliud ſimili impedimentum refragetur. Spatium verò predicti anni in profanis, & ſex menſium in pijs relictis, aut aliud iuxta operis qualitatẽ, à lege vel homine præfinitum, ſiue agatur de conuincenda hæredis, alteriuſuè executoris negligentia, deuoluendaque poteſtate exequendi ad Iudicem competentem, ſiue de præiudicando proprio emolumento, non aliter currere incipiet, niſi à tempore aditę hęreditatis, & ſubſequutę monitionis.

Dixi; ſtatim poſt aditam hęreditatem; quia quotieſcumque debitum ex contractu, vel quaſi, non in diem, neque ſub conditione, ſed pure contractum eſt, ſtatim peti poteſt; neque aliqua à iure dilatio conceditur, ex reg. l. eum qui 41. §. quoties, ff. de verb. oblig. leg. quod dicimus 105. ff. ſolution. l. cedere diem 213. ff. de verb. ſignifi. l. omnis ſtipulatio, in princ. vbi Gloſ. recepta, verbo, Confeſtim, Inſtit. de verb. obl. Cou. in reg. peccatum par. 1. §. 1. numer. 1. Sed hæres obligatur ex quaſi contractu, non in diem, neque ſub conditione, ſed pure. §. hæres, Inſtituit. de obligation. quæ ex quaſi, vbi Gloſ. verb. intelligitur., l. apud Iulianum, 3. §. vltimo, cum l. ſequent. ff. quibus ex cauſis in poſſeſſ. cum ſim. Menoch. de ſucceſſ. creat. in præfat. numer. 27. Coſta in capit. ſi Pater, verbo, Trebellianicæ, num. 10. igitur ſtatim cogi poteſt neque alicuius termini dilatio danda eſt, cum ſpatium illum vnius anni, non in fauorem hæredum, aut executorum ſed ſolummodò defunctorũ fuerit præfinitum, quare ita ex Abb. Couar. & alijs concludit Molin. de iuſt. tract. 2. diſp. 252. col. 6. verum executores poſſunt diem à teſtatore deſignatum ad executionem ſuæ voluntatis alterare, vel commutare, vide Rendinam pro vtraque parte plures referentem, in promptuario recept. ſent. tit. 42. num. 1.

Monitio

Digitized by Google

Monitio neceſſaria eſt, ad effectum, vt data negligentia hæredis, ad Epiſcopum deuoluatur exequendi poteſtas.

RAtio ſupradictæ concluſion is eſt, quia neceſſaria eſt monitio, ad effectum, vt data negligentia hæredis, ad Epiſcopum deuoluatur exequendi poteſtas, capit. nos quidem; nam vbi agitur de priuando hærede, vel exequutore proprio emolumento, ex eo quod voluntatem defuncti intra tempus non adimpleuit, omnino neceſſaria eſt monitio. Doct. in Authent. hoc amplius, & in dicto capit. ſi hæredes, vbi Abb. & Couarr. nu. 5. plures quos referunt, & ſequuntur Guillelm. in capit. Raynut. verbo, ſi abſque liberis 2. à numer. 198. Menoch. de arbitrarijs, caſu 498. à numer. 58. Molina de Iuſtitia, tractatu ſecundo, diſputat. 251. numer. 5. vbi reſoluit, in Regno Portugalliæ, eo ipſo, quod executores intra annum, & menſem à morte teſtatoris, voluntatem illius non impleuerint, amittunt munus executoris, & priuantur legato, ac commodo, aut præmio ipſis à Teſtatore relicto, quæ pęnæ aduerſus illos executioni mandari non poſſunt, ſi integrè antequam citentur, eam adimpleuerint; Nec plures monitiones requiruntur, ſed vnica ſat eſt. dict. capit. nos quidem, ibi commoneas, in ſingulari, abſque aliqua duplicatione adiecta, quo caſu propriè in vnica monitione verificantur, capit. tua nobis, in fine ibi, monitione præmiſſa, de teſtament. dicta Authent. hoc amplius, ibi admonuimus, vbi Bar. Salicet, & Doct. communiter Iaſ. num. 3. Padill. ibi Guillelm. vbi proximè, numer 201. Gregor. lib. 8. tit. 10. part. 6. in Gloſs. 1. Menoch. caſu 498. numer. 53. Cened. ad Decretal. collect. 114. nu. 3. A Iudice perſonaliter facienda; non vero per nuntium, aut Epiſtolam, Paul. & Ang. n. 2. Iaſ. num. 3. in dicta Authent. hoc amplius. Abb. in dicto capite, nos quidem, numer. 10. & Couar. numer. 2. Guillelm. dicto locò, numer. 199. & 203. alij relati per Cened. dict. collectan. 114. numer. 3. & colligitur ex dict. capi. Nos quidem, ibi, eam commoneas, & dict. Auth. hoc amplius, ibi, monitus à Iudice; Vtrum vero ſi is, cui commiſſa eſt electio pauperum, quibus diſtribuenda eſt certa pecunia à teſtatore relicta per annum, poſſit eligere ſtante conſtitutione Epiſcopi, qua cauetur quod executores debeant intra annum exequi, alias executio ad Epiſcopum transferatur? Quæſtio eſt dubia, in qua electum etiam lapſo anno habere facultatem eligendi, nec illam eſſe ad Epiſcopum deuolutam, tenuit Bartol. in leg. cum quidam, la 2. colum. 2. verſ. & per prædicta dixi, numer. 9. cum ſequentibus, de legatis 2. & in l. executorem, numer. 2. verſic. contingit, Cod. de execut. rei iudic. & conſ. 142. incipit conſtit. col. 1. numer. 2. quem alij plures ſequuntur, vt per Henriq. de Bottis, de Synodo Epiſcopi, part. 3. artic. 1. numer. 187. verſic. limita, contrarium tamen veriùs profit entur, præcipuè in legatis ad pias cauſas, Bald. Ang. Ancharan. Paul. de Caſtr. Felyn. Couar. & alij, quos refert, & ſequitur Rendina in prompt. recopil. ſent. tit. 42. num. vlt.

Pro complemento huius Allegat. & pro præſenti materia, aduertendum eſt, conſtito legitimè de negligentia executorum, non ſolum poſſe, vt ſupra probatum eſt; ſed etiam teneri Epiſcopum teſtatoris mãdata exequi, vt ex verbis dict. capit. Nos quidem, importantibus præceptum.

An teſtator poſſit prohibere, ne Epiſcopus, data hæredis, vel executoris negligentia, valeat ſe intromittere.

QVæritur an Teſtator poſſit prohibere, ne Epiſcopus, data hæredis, vel executoris negligentia, valeat ſe intromittere? In qua verior eſt ſententia negatiua, quam optimè probant text. in capit. tua nos, 17. de teſtament. ibi, licet etiam à teſtatoribus id contingeret interdici, vbi gloſſ. Authent. licet, in princ. C. de Epiſcopis, & Cleric. Authent. de Eccleſiaſt. tit. §. ſi quis autem pro redemptione, verſic. licet, collat. 9. ſequuntur plures, vt per Couarr. in dict. cap. tua nos, numero ſexto, Cardin. Tuſch. tom. 3. concluſ. 293. numer. 38. Franciſc. Leo par. 4. cap. 2. numer. 46. Rip. in leg. nemo poteſt, num. 127. ff. de legat. 1. Menoch. de ſucceſſion. §. 3. numer. 8. Sarmi. ſelect. libr. 1. capit. 11. num. 13. Tiraq. in tract. le mort, par. 7. declar. 5. num. 8. cum ſequentibus, Spin. in ſpeculo teſtamen, gloſſ. 28. principal. numer. 20. Modern. de iuriſdict. par. 4. caſu 88. à nu. 14. & caſu 113. num. 31. Cald. Pereira de nominat. emphyt. quæſt. 19. numer. 56. Valaſc. conſult. 105. numer. 57. Pro qua ſententia expendit Sarm. dict. loco Nouellam Iuſtin. in hæc verba: Omnia enim facta ad pietatem pertinentia Epiſcopo intereſſe oportet, quãuis teſtatoris, vel donatoris verba contrariam voluntatem expreſſerint; intellige tamen iuxta ſupra reſoluta, Allegatione 75. numero nono, & decimo.

Sic etiam non poteſt teſtator prohibere, ne executores rationes reddere compellantur, vt tenent Salycet. Dyn. & alij ex antiquiori-

quioribus, relati à Iacobo de canibus de executoribus vltimarum voluntatum, part. 2. S. nouiſſimè, à numer. 2. plures, vt per Cou. in dict. cap. tua, numer. 6. Galiaul. in repet. l. centurio, num. 347. ff. de vulgari, Ripa in leg. nemo poteſt, numer. 127. ff. de legatis 1. Spin. in Speculo teſtamen. gloſſ. 28. princip. num. 20. Fr. Emman. quæſt. Regular. tom. 3. quæſt. 70. artic. 5. Modern. dict. part. 4. caſu 88. à numer. 14. & caſu 113. numer. 31. Valaſc. numer. 57. Martin. Carillo en la explication de la Bulla de los defunctos, parte ſecunda, cap. 14. numer. 23. & expreſsè ſequuta eſt Ordin. Regia Luſitan. libr. 1. tit. 62. in princip. ibi, poſtoque os teſtadores digam, &c. Pro quibus expendi ſolet reg. l. quidam diſcedens, in princip. ff. de adminiſtrat. tutorum, vbi habetur, quod quamuis teſtator prohibeat, ne à tutoribus rationes exigantur, adhuc tutores cogi poterunt ad illas reddendas; quia ius publicum quod conſiſtit in dolo vitando, à partibus remitti non poteſt, vt textus habet, imo omnis remiſsio doli futuri omnino nulla eſt, leg. ſi vnus, 28. S. illud. ff. de pactis, Couar. lib. 2. var. cap. 14. numer. 4. verſ. quartum.

Non obſtant l. Aurelio, 21. S. vlt. ff. liberat. Libi, quæſtionem curatoribus meis nemo faciat, & leg. ſi quis rationes, 10. leg. petitor, 31. ff. illo tit. quia reiecta reſponſione Padill. in leg. cum neceſſitatem, numero tertio, C. de fideicommiſſis, reſpondebis illa iura loqui de liberatione circa adminiſtrationem præteritam: vel melius dic, ibi cenſeri remiſſas rationes de futuro, quo ad illa, quæ leui, vel leuiſsima culpa in ipſa adminiſtratione fortaſſe contigerint, non autem ſi dolo, vel lata culpa, quæ dolo æquiparatur, l. quod Nerua, ff. depoſiti.

Sic etiam non poteſt teſtator fundans Capellam, eam eximere ab Epiſcopi poteſtate, Bart. in leg. quoties, S. fin. ff. de adminiſtrat. tutor. Abb. in capit. dilectus, notab. 4. de conſuetudine, & in capit. requiſiſti, numer. 22. de teſtament. Felyn. in capit. cum venerabilem, numer. 33. de exceptionib. Anton. de Prętis de iuriſdictione Epiſcopi, cap. 1. numero tertio, & quinto, Mandoſ. de Signatura gratiæ, titulo exemptiones, columna ſecunda, verſic. amplio etiam, & columna quinta, verſic. exemptio ab ordinario, vbi dicit, Epiſcopum hoc non poſſe concedere patrono in fundatione, capitulo primo, & ſecundo, 10. quæſtione prima, Innoc. in capit. in Lateranenſi, in fine, de præbend. aduerſaretur enim iuri, cui in teſtamento renunciari non poteſt, leg. nemo poteſt, ff. de legatis 1.

An Epiſcopus poſſit Regulares compellere ad reddendam rationem; ſi fuerint relicti executores teſtamenti.

Dico ad hoc poſſe Epiſcopum compellere Regulares, ſiue Religioſos exemptos, ad reddendam coram ſe geſtæ executionis rationem, ac eos punire, ſi malè geſſerint, vt probat Clement. 1. de teſtament. reſoluunt Angel. in ſumm. verb. Executor, numero vigeſimo, Ioannes Andreas in additionibus ad Specul. titul. de Inſtrument. edition. S. nunc aliqua, verſic. ſed an ſimplex Commiſſarius, numer. 45. Marta Piſan. deciſione tertia, Pauin. tractat. de viſitat. quæſtione quinta, ſecundæ partis, numer. 92. de officio, & poteſtate, Capitul. Sede vacante, parte prima princip. quæſtione octaua, numer. 5. Et parte ſecunda princip. quæſtione ſeptima, numero ſexto. Fum. verb. executor, numer. 14. Cochier. de iuriſdict. Ordinarij in exemptos, parte quarta, quæſt. 49. Campan. in diuerſ. Iuris Canonici, rubric. 12. capit. 13. numer. 130. Sbroz. de officio Vicarij Epiſcopi, libro ſecundo, quæſt. 52. Emanuel. quæſt. Regular. tomo tertio, quæſt. 70. articulo quinto. Nos in Collect. dec. collect. 503. verſic. & primo. Et in praxi Fori Eccleſiaſtici, reſolution. 147. num. 7.

Poteſtas hæc compellendi Religioſos piorum voluntatum executores ad reddendas rationes tranſit ad capitulum, Sede vacante, Pauin. de poteſtate capituli, Sede vacante, parte ſecunda, quęſtione ſeptima, numero ſexto, quem refert, & ſequitur Azor. inſtitut. moral. parte ſecunda, libro tertio, capitulo 39. quęſtione ſexta.

An, & quando Regulares poſsint eſſe teſtamentorum executores diſſerunt. Cou. in capit. tua, numero primo, ad medium, de teſtament. Ceuall. comm. contra comm. quęſt 88. in fine, Emanuel d. quæſt. 70. articulo primo. Gratian. diſceptat. forenſ. capit. 123. numer. 25. & ſequent. Spin. in Specul. teſtament. gloſſ. 28. princip. num. 35. Martin. Carillo, en la explication de la Bulla de los defunctos, parte ſecunda, capitulo 14. numero ſeptimo. Campan. loco proximè citato.

PRA-

PRAXIS

Conſecrationis Epiſcoporum, Ad ornatum Concilij Tridentini, Seſſ. 23. cap. 2.

SVMMARIVM.

Tenor Sacroſanct. Conc. Trid. Seſſ. 23. cap. 2. num. 1.

Quid diſponat S. C. T.

1 SAcroſanctum Conc. Trid. *Seſſ.* 23. *c.* 2. ſic cenſuit. *Eccleſijs Cathedralibus, Seù Superioribus, quocunque nomine, ac titulo Præfecti, etiam ſi Sanct. Rom. Eccleſ. Cardin. ſint, ſi munus Conſecrationis intra tres menſes non ſuſceperint, ad fructuum perceptorum reſtitutionem teneantur; ſi intra totidem menſes poſtea id facere neglexerint, Eccleſijs ipſo iure ſint priuati. Conſecratio vero, ſi extra Curiam Romanam fiat, in Eccleſia, ad quam promoti fuerint, aut in Prouincia, ſi commodè fieri poterit, celebretur.*

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopus eligi nequit minor triginta annorum.*
2 *Nec conſecratur ante dictam ætatem.*

An Epiſcopus minor triginta annorum ſit conſecrandus?

1 AD Epiſcopatus culmen, ex Conc. Agathenſi, in cap. 16. & 17. nemo promoueri poteſt ante annos triginta; & habetur in capit. quicumque, 77. diſtinct. Poſtmodum vero ex conſtitutione Alexandri Tertij in Concilio Lateranenſi, ſuperadditum fuit, vt exegerit 30. in capitul. cum in cunctis, de electiome; ita Coſmus in pragmatic. Sanction. tit. de elect. capit. ſicut, §. deinde, verbo legit. pag. 99. Menoch. de arbitr. caſu 427. numer. 24. Rebuff. tractat. de pacificis poſſeſſoribus, numer. 184. Armend. in additionibus ad recopil. legum Nauarræ, ad libr. 1. titul. 2. l. 1. de ætatibus, numer. 18. Franc. Leo, capitulo tertio, numero ſeptimo. Henriq. in ſumm. libro decimo, capit. 19. §. 3. libr. 14. capitulo nono, in princip. verſic. ad Epiſcopum. Azor. inſtitut. Moral. parte ſecūda, libro ſexto, capitulo quinto, in princip. Guttierez canon. libro primo, quæſt. 26. num. 39. Mirand. de ordin. iudic. quæſtione quarta, articulo ſecundo, concluſione tertia. Leſs. de iuſtit. titulo ſecundo, capit. 34. dubio vigeſimo, numer. 103. Reginald. in praxi fori pœnitent. libr. 36. tractatu 30. numer. 163. verſiculo primo. Viuianus in praxi Iuriſpatronatus, parte ſecunda, libr. 6. capitulo ſecundo, numero quarto. Campanill. diuerſ. Iuris Canonici, rubr. 1. capit. numer. 3. & rubric. 1. capit. 6. num. 44. vbi ex Rebuff. dicto tractatu de pacificis poſſeſſoribus, num. 184.
2 & conſequenter nec venit conſecrandus ante ætatem triginta annorum.

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopus ex legitimo matrimonio natus eſſe debet.*

An ad Conſecrationem Epiſcopi exigatur, vt ſit de legitimo matrimonio natus?

1 REquiritur inde, vt Epiſcopus legitimò ſit matimonio natus, vt decidit Conc. Trident. Seſſ. 7. de reformat. capit. 1. Illegitimum namque, ſine Papæ ſpeciali diſpenſatione (quam vix ad Epiſcopatus obtinendos concedit) inhabilem eſſe, vt ad Epiſcopatum aſſumatur, probant text. in capit. cum Vniton. Eccleſia, de elect. Gloſſ. in cap. grandi, verbo legitimo, de ſupplenda negligentia Prælatorum, libro ſexto. Leo in Theſauro Fori Eccleſiaſtici, part. 1. capit. num. 8. Legitimati vero per ſubſequens matrimonium, ad Epiſcopatum etiam habiles dicuntur, argum. text. in cap. tanta, Qui filij ſint legitimi. tenent Peregrin. de fideicommiſſ. art. 24. numer. 12. Couarruu. de ſponſalibus, parte ſecunda, capit. 8. §. 2. num. 24. Menoch. conſil. 199. num. 12. Bellett. diſquiſit. clerical. par. 1. tit. de diſciplina cleric. 92. num. 18. Azor. inſtit. Moral. parte tertia, libro ſecundo, capit. 14. quæſt. 14. Campanill. in diuerſ. Iuris Canonic. rubric. 11. capit. 13. num. 127. Neque obſtat argumentum ex quo contrarium tenuit Raymund. quem refert Abb. in capit. ad extirpandas, in fine, de filijs Præsbyterorum, & ſequitur Maiol. de irregularitat. libro primo, capitulo quarto, numer. 13. ſcilicet ex tex. in dict. cap. cum in cunctis, in princip. de electione, vbi requiritur, vt quis fiat

Epi-

Epiſcopus, quod ex legitimo matrimonio natus eſt, Nam ex dict. cap, tanta, in princip, ibi, poſt contractum matrimonium, legitimi habeantur, iunctis verbis præcedentibus, notant Doctores communiter, legitimationem, quæ fit per ſubſequens matrimonium, iuris fictione retro trahi ad tempus Natiuitatis; ita vt, qui antea illegitimè nati ſunt, per matrimonium poſtea ſubſequutum, non ſolum ex tunc legitimi fiant, ſed antea tempore Natiuitatis, habeantur legitimi; vt notant Ioann. Andreas, num. 2. & 4. Cardin. Abb. Anchar, 10, in dict, cap. tanta, idem Anchar. conſ. 223. Dec, in cap. cum in cunctis, num. 11. de elect. quod ex legiſtis docuit Bart, in leg. 2. numer, 10. ff. de vulgari; quos refert Tiraquell, de primogen. quæſt. 34. num. 34. Couarruu. de ſponſal. part. 2, cap. 8. §. 20, num, 26. Mantic. de coniectur. vltimar. voluntat. lib. 11. tit. 12, num. 18. Roland. à Valle conſ. 10. numer. 14. vol. 2. Surd. conſ. 309. num. 24. Campan. dict. num. 127 Bellet, d. §, 3. n. 20.

S V M M A R I V M.

1 *Epiſcopi tenentur munus Conſecrationis intra tres menſes ſuſcipere; & ſub qua pœna,*

Conſecrationis munus ſuſcipere tenetur Epiſcopus infra tres menſes.

1 Conſecrationis munus Epiſcopi ſuſcipere tenentur infra tres menſes, ſub pœna amiſſionis fructuum; & negligentes per alios tres menſes, Eccleſijs ſunt ipſo iure priuati, cap, quoniam, 75. diſt. capit. quoniam, 100, diſt. Concil, Trid. Seſſ. 23. de reformat. c. 2. de quo Nauarr. in Man. cap. 25. num. 118. verſ. 8. Bertachin. de Epiſcopo, tractat, 2. libr. 3. q. 1, fol. 82. Rendina in prompt. recept. ſent. tit, 38. num. 13. Graſſis, in aureis deciſ. cap. 97. numer. 52 part. 1. libr. 2. Praxis Epiſcop. part. 1, verb, Conſecratio Prælatorum, pag. 89. Franciſc. Leo in Theſauro Fori Eccleſ. part. 1, cap. 3. num. 22, Tuſch. practic, concluſ. tom. 2. litt. C, concluſ, 743. Gonzales ad reg. 8, Cancell. gloſſ, 24. num. 141. Reginald. in praxi fori penit, lib. 32. tract. 2, num, 58. Campanil. in diuerſorio Iuris Canonici, rubr. 6. cap. 6. num, 9. Illudq; trimeſtre tempus exorditur à die cõfirmationis, iuxta Gloſ, in c. cum in cunctis, §. cum vero, verſ. tempore, de elect. & reſoluitur per Flamin, de reſignat. lib. 7, quæſt. 1, num, 92. Nec obſtat tex, in capit. ordinationes, il 1, §, tempus 75. diſt. dum præcipit, ne conſecratio vltra tres menſes poſt electionem protrahatur; Quia intelligitur de electione confirmata, iuxta ea, quę Archid. & Gemin. inibi, aut de electione Papæ, cuius prouiſio electionis, & confirmationis locum habet, vt per Abb. in d. cap. cum in cunctis, §. cum vero, num. 3. & in c. eam te, num. 3. de reſcriptis; & in cap, noſti, numer. 4. de elect. Franc. Marc, Delphin. deciſ. 394. nu. 3. & deciſ. 1395, etiam, num. 3. quod intelligas, niſi aliud per Sanctiſſimum, fuerit prouiſum.

S V M M A R I V M.

1 *Epiſcopus electus debet eſſe conſtitutus in Ordinibus Sacris per ſex menſes ante electionem;*

2 *Non tamen indiget Sacerdotio.*

An ad Epiſcopatum promouendus, & conſequenter ad Conſecrationem recipiendus debeat eſſe ſaltem ſex menſes ante, conſtitutus in Ordine Sacerdotali?

1 Oportet etiam promouendum ad Epiſcopatum, in ſacro Ordine, antea, ſaltem ſex menſium ſpatio, cõſtitutum fuiſſe; ex Concil. Trident. Seſſ. 22. de reformat, capit, 2. tradunt Franciſc. Leo in Theſauro Fori Eccleſ, par, 1. cap. 3. numer. 9. Camp. in diuerſ. Iur. Canon. Rubr. 7. capit. 6. num. 45. Sed per Bullam Gregorij XIV, publicatam, 15. Maij 1590. cum plurali numero vtatur, ſicuti etiam tex, in cap. à multis, de ætate, & qualit. oporteret omnibus ſacris initiatum fuiſſe, ante ſex menſes; dum requiritur, vt ille ſit in Sacris conſtitutus, ante ſex menſes; quemadmodum, & ante Concilium, diſpoſuerat tex. in cap. Oſius, 61. diſt. ibi, ſed non eligitur aliquis, niſi in Sacris Ordinibus conſtitutus; ita Campan, rubr. 11. cap. 7. n. 8. Si vero Sacerdotium non pręceſſerit, valida tamen erit Ordinis Epiſcopalis collatio; etenim præpoſteratio in collatione Ordinum non vitiat, licet executionem impediat; ita poſt Ioann. Andr, Anchar. & alios Rendina in prompt. recept. ſent. rub. 38, numer. 6. Fornat. de Sacram. Ordinis, num. 5. cap. 6. Campan. rubr. 10. cap. vnic, num. 3. poſt Gloſſ. & Doct, in cap. ſolicitudo, 52. diſt. quamuis cõ-
2 trarium, imo, Epiſcopalem Ordinem non ſuſcipere, qui Sacerdotio caret, teneant Gloſſ. fin. in cap, vnic, de clerico per ſaltum prom. D. Thom, in 4. ſent, diſt. 24. Borg. de irregul, part. 5. d, rub, de clerico per ſaltum prom. nu. 3. Sylueſt. verb. Ordo, 2. num. 1, Eman. Sà, eodem verſic. num. 25. Mayol, de irre. lib. 4, capit. 12. nn. 3. Henriq. in ſum. libr, 10. c, 7. §. 1. Azor. par, 2, lib. 3, cap. 30. quæſt, 9. Salced. ad Bern. cap, 24. addit. 1. Et ideo inferas, idem di-

cendum

Digitized by Google

cendum eſſe in conſecratione, niſi aliter San-ctiſſimo Domino placuerit.

SVMMARIVM.

1 *Sac. Conc. Trid. Seſſ. 22. de reform. 2. diſpoſitio.*
2 *Epiſcopus promouendus, Doctor in qua ſcientia erit eligendus.*

An ad conſecrationem Epiſcoporum requiratur pariter, vt ſit Doctor in aliqua ſcientia?

IS qui dignitate Epiſcopatus præfulgere cupit, debet alicuius Academiæ, & Gymnaſij publici ſuffragio, & auctoritate, Magiſter, aut Doctor, vel Licentiatus in Sacra Theologia, aut in Iure Canonico creari: quod ſi ad nullum literarum gradum promotus ſit, ſufficit ſi alicuius Academiæ teſtimonio publico probetur idoneus ad alios docendos; ita diſponit Sacr. Concil. Trident. Seſſion. 22. de reformat. capit. 2. & tenent Menoch. de arbitrar. caſu 425. nu. 35. Henriq. in ſumm. par. 2. lib. 10. capit. 16. §. 2. in comment. litera B, & capit. 33. §. 2. & lib. 14. capit. 9. §. 1. verſ. gradus. Alphonſ. de Vaſconç. in Harmonia rubricarum Iur. can. tit. de ætate, & qualitate, numer. 4. Azorius, inſtit. moral. part. 2. lib. 3. capit. 28. quæſt. 9. colum. 306. & lib. 6. capit. 6. quæſt. 1. colum. 683. Leſſ. de iuſt. lib. 2. capit. 34. dub. 24. Gonzal. ad regulam 8. Cancell. Gloſ. 4. num. 57. Reginal. in Praxi fori pænitent. lib. 30. tract. 3. num. 171. plures alios refert Cened. ad Decretum, collect. 51. 4. in fine Campanill. in diuerſ. iuris Canon. rubr. 3. capit. 4. numer. 1. cum ſequent. Bellet. diſquiſit. clericali par. 1. tit. de clericali diſcipl. §. 4. à numer. 33. Hodie, cum priuilegium Doctoratus non faciat Doctorem, ſed requiratur doctrina; Clemens VIII. ſtatuit, vt non ſolum habentes priuilegium, ſed docti viri, ad Cathedrales aſſumantur; Et quoad Epiſcopatus in Italia, ſumendi, in Vrbe, coram ipſo, & Sacra Congregatione Cardinalium, aliorumque grauium, & peritorum Prælatorum, & Virorum; In Gallia vero, & Hiſpania, coram S.R.E. Cardin. Legatis ibi exiſtentibus, & Legatis deficientibus, coram Sanct. Sedis Apoſtolicæ Nuncijs, Patriarchis, Primatibus, Archiepiſcopis, & Epiſcopis, ac de Speciali Papæ mandato aſſiſtentibus, & alijs Prælatis, ac peritis Viris, vt huiuſmodi negotij grauitas requirit, ſe examini ſubijciant; qui probati, & non aliàs, ad Eccleſiæ regimina admittantur: referunt Leo, in Theſaur. fori Eccleſiaſtic. par. 1. capit. 3. numer. 10. & 11. Campanill. dicto capit. 4. numer. 4. Idiomate noſtro vulgari ſolemus dicere: Prelado ſem literas, Nao ſem leme, Relogio ſem pezos, Galinha ſem azas; latinè: Prælatus ſine literis, Nauis ſine clauo, Horologium ſine æquilibrijs.

2 Nam ſi omninò illiteratus in Epiſcopum promoueretur, ſanè ab Epiſcopatu amouendus eſſet; quemadmodum amotus fuit Epiſcopus Calinen. ab Honorio III. de quo in capit. final. de ætate, & qualitate: toleraretur tamen, ſi longo curſu ex rerũ experientia, ſciat rectè exercere omnia ad Epiſcopatum neceſſaria; vel ſi caritatis perfectio, ſcientiç defectũ ſuppleat; vt per Hoiedam de incomp. beneſ. cap. 24. n. 32. & 33. par. 1. Mayol. de irregularitat. capit. 32. num. 4. & 10.

Quare idem in conſequentiam venit dicendum in Epiſcopo conſecrando, niſi aliter Sanct. Domino viſum fuerit.

SVMMARIVS.

1 *Conſecratio Epiſcopi eſt facienda die Dominica.*
2 *Conſecratio eſt facienda in Eccleſia.*
3 *Conſecratio non ſit à minori numero trium Epiſcoporum.*
4 *Non poteſt Epiſcopus conſecrari eadem die Dominica, in qua, ex Pontificis diſpenſatione, recepit Sacerdotium.*

Conſecratio Epiſcoporum, die Dominica eſt facienda.

1 COnſecrationi Epiſcoporum Canones conſtituerunt peculiare tempus, ſcilicet diem Dominicum. cap. qui in aliquo, ſi 51. dictinct. Nec obſtat capit. quod die, 75. diſt. dum præcipit, benedictionem conſecrandis, non niſi in die Dominica Reſurrectionis, tribui; Quia reſpondetur, quod Dominicum diem, ob venerabilem Reſurrectionem Domini Noſtri Ieſu Chriſti, non ſolum in Paſchate celebramus; verum etiam per ſingulas hebdomadas, ipſius diei Imaginem Frequentamus, capit. Sabbato, de conſecration. diſtinct. 3. Et propterea viſum eſt, Dominicam celebrari in memoriam continuam Paſchæ, Henriquez in ſumm. lib. 9. capit. 25. §. 1. in commento, lit. B,

2 Locus autem idoneus pro illorum Conſecratione, eſt Eccleſia, quam Metropolitano placet eligere, cap. fin. 51. dictinct. Concil. Trident. dict. capit. 2. niſi conſuetudo probata aliud haberet in vſu, Syluestr. verb. conſecratio, 1. num. 3. Henriquez, in ſumm. lib. 10. c. 23. §. 5. in princip. Leſs. de iuſt. lib. 2. cap. 34. num. 103.

3 Hæc

3 Hæc tamen Conſecratio à minori numero, quam trium Epiſcoporum fieri minimè debet, capit. Archiepiſcopatus, de temporibus ordinat. capit. 1. 64. diſt. Henriq. dicto lib. 10. capit. 24. §. 1. Comitol. reſponſ. moral. lib. 1. quæſt. 48. num. 13. Genuenſ. in praxi Curiæ Archiepiſcopatus Neap. c. 70. nu. 26. & 27. Reſoluit etiam, per text. in dicto capit. Archiepiſcopus, vocatos ſuffraganeos ab Archiepiſcopo, pro conſecratione alterius ſuffraganei, teneri accedere.

4 Aduerte, quod promotus, ex diſpenſatione Papali, ad Sacerdotium in die Dominica, non poteſt eadem die conſecrari Epiſcopus; per Innoc. in cap. literas, de tempor. ordinat. exploſa contraria Gloſ. ſententia, verbo, Sabbati, in fine, in capit. quod à Patribus. 75. diſtinct. Reſoluit Campanil. in diuerſorio Iuris Canon. rubr. 6. capit. 4. num. 5.

Poteſt tamen Conſecratio fieri die feriata, ſi ita placuerit Sanctiſſimo Domino noſtro Pontifici.

P R A X I S

Bonæ obſeruantiæ, & legis Epiſcoporum cum Baronibus Diœceſis.

Quid diſponat S. C. T.

SAcroſanct. Concil. Trident. *Seſſ. 25. cap. 17. de reformat.* ita cenſuit. *Non poteſt Sancta Synodus non grauiter dolere, audiens, Epiſcopos aliquos ſui ſtatus oblitos, Pontificiam dignitatem non leuiter dehoneſtare; qui cum Regum miniſtris, Regulis, & Baronibus in Eccleſia, & extra, indecenti quadam demiſſione, ſe gerunt, & veluti inferiores miniſtri Altaris, nimis indignè, non ſolum loco cedunt, ſed etiam perſonaliter illis inſeruiunt. Quare hæc, & ſimilia deteſtans Sancta Synodus, Sacros Canones omnes, Conciliaque generalia, atque alias Apoſtolicas ſanctiones ad dignitatis Epiſcopalis decorem, & grauitatem pertinentes renouando, præcipit, vt ab huiuſmodi in poſterum Epiſcopi ſe abſtineant; mandans eiſdem, ut tam in Eccleſia, quam foris, ſuum gradum, & ordinem præ oculis habentes, vbique ſe Patres, et Paſtores eſſe meminerint; reliquis verò tam Principibus, quam ceteris omnibus, ut eas paterno honore, ac debita reuerentia proſequantur.*

S V M M A R I V M.

1 *Epiſcopus dicitur verè Princeps.*
2 *Epiſcopus Sereniſſimus nuncupari poteſt.*
3 *Epiſcopus in ſua diœceſi eſt maior quocumq; alio Principe ſeculari.*
4 *Epiſcopi dicuntur ſucceſſores Apoſtolorum.*
5 *Epiſcopus etiam dicitur Illuſtris.*
6 *Epiſcopus non ſolum ſubditos priuatos, ſed & Principem ſecularem poteſt Iudicare.*
7 *Epiſcopus etiam à principibus obediendus eſt.*

De ratione, cur Epiſcopis tanta debeatur reuerentia, & honor.

1 RAtio eſt, quoniam Epiſcopus dicitur verè Princeps. cap. ſi quis, de maior. & obed. Gloſ. in Clem. 1. de Baptiſ. Caſſan. in tract. Glor. Mundi, in 1. par. concluſ. 6. Et fua-
2 detur hoc, primo hac viuaci ratione; Cum Epiſcopus, Sereniſsimus nuncupari meritò quidem poſsit; vt per Gloſs. Card. & alios, in Clem. in pleriſque, de elect. Secunda quo-
3 que ratio eſt; nam Epiſcopus in ſua Diœceſi, eſt dubio procul omni maior quocumque Principe ſeculari illius Diœceſis, vt aperit Abb. in c. omnes, num. 1. de maior. & obed. & conſequenter Epiſcopi abſque ſcrupulo aliquo præſunt Principibus temporalibus; teſte Abb. in c. ſolitæ, nu. 7. de maior. & obed.
4 Tertia aſsignatur, & alia marmorea ratio; Quoniam Epiſcopi in locum Apoſtolorum ſucceſſerunt; Io: Bertachin. in tract. de Epiſcopo, in Prælud. quæſt. 4. & contrarium aſſerere hæreticum foret, teſte Paulo Chriſaldo Peruſino, in Deciſionibus Fidei Catholicæ, in deciſ. Epiſcopus, verſ. Epiſcopi non ſunt. Tenentque ſimiliter eorum vices, c. in nouo, 21. diſtinct. c. Eccleſiæ, 35. diſt. c. quorum vices, 68. diſtin. cap. videntes, 12. quæſt. 1. Quintil. Mandoſ. in d. conſil. 50. ſub num. 9. Corn: Conſil. 83. num. 8. volum. 2. & Concil. Trident. ſeſs. 22. ſub cap. 4. incip. quoniam verò; Qui quidem Apoſtoli, cum Principes vocantur in ſcripturis Sacris, in Pſalm. 44. Eructauit cor meum. ibi Conſtitues, eos Principes ſuper omnem terram, & cætera; non mirum eſt, ſi Epiſcopi retinentes eorum locum, Principes nuncupentur.
5 In tantum, quod Epiſcopus dicitur deni-

que, etiam Illuſtriſsimus; vt firmauit Bart. in l. omnes populi, in 3. quæſt. num. 8. & 10. ff. de iuſt. & iur. Bald. in l. nullus, qui nexu, C. de decurio. lib. 10. & in addit. ad ſpeculat. in tit. de iuriſd. om. iud. in ver. ſuper illuſtres, Iaſ. nu. 15. Purpurat. & Dec. num. 23. in leg. 1. ff. de iuſt. & iur. Marin. Frez. in tract. de ſubfeudis Baronum, & inueſtituris Feudorum, lib. 2, rub. de differentijs inter feuda regalia, titulata, & alia feuda nobilia, in differentia 3. nu. 1. fol. 254. & Firman. in tract. de Epiſcopo, in præludijs. Et ità in facti contingentia, de præſenti menſe Nouembris 1587. reſpondi in cauſa in Vrbe, vertente quoad legitimationem factam de quodam filio Epiſcopi, vigore priuilegiorum, in quibus clauſula reperiebatur excluſiua, exceptis filijs Illuſtrium Principum, & Baronum, fuiſſe nullam, tanquam contra formam ipſorum priuilegiorum emanatam.

In tantum, quod ſcopum huiuſce ſpeculationis attingendo, Epiſcopo parendum eſt, c. ſi quis vero, 11. q. 3. alias Deus offenditur, c. quicunque, ead. quæſt. cum is Princeps meritò de iure appelletur, vt in cap. 1. §. præfatis itaque nuncijs, de iure iur. in Clem. ibi, ex parte Principum, tàm Eccleſiaſticorum, quàm Secularium.

6 Et tanto magis, cum Epiſcopus non ſolum ſubditos priuatos, ſed Principem etiam valet iudicare; & non è contra, cap. Imperator, in ſi. 96. diſtin. & in c. Sacerdotibus, 11. diſtin. Vnde ſi ſub Epiſcoporum Diœceſi eſſent Principes laici, & in ea delinquerent, poſſent dubio procul, tunc ab ipſis Epiſcopis excomunicari, vt per Gloſ. in c. ſi autem, 11. q. 3. & in c. omnes, de maior. & obed. & in cap. dilecto, de ſenten. excommunic. in 6.

7 Taliter, quod Epiſcopus, etiam a principibus obediendus eſt, cap. ſi quis vero, 11. quæſt. 3. Panor. in cap. de his, de maior. & obed. & in c. venerabilis, de cenſib. Felyn. in c. conquerente, in princip. de offic. ordin.

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopus non eſt dignitas, ſed culmen dignitatum.*
2 *Epiſcopus non habet maiorem dignitatem ſupra ſe, licet maius officium.*
3 *Epiſcopus eſt præferendus Cardinali præsbytero.*
4 *Epiſcopi ob aduentum Legati, non ammittit ſuam iuriſdictionem.*
5 *Epiſcopus eſt minor Cardinali, reſpectu officij.*
6 *Epiſcoporum poteſtas tanta eſt, quanta Papæ.*
7 *Epiſcopi in ſuis Diœceſibus ſunt Papæ Vicarij, ac Dei legati.*
8 *Epiſcopus dicitur etiam Chriſtus.*
9 *Epiſcopus cum dicatur ſuper intendens, ijs debet ſuper intendere, quibus præficitur.*
10 *Epiſcopi columnæ Eccleſiæ dicuntur.*
11 *Epiſcopi dicuntur Ieſu Chriſti Vicarij, ac Angeli, & oculi Dei.*
12 *Epiſcopi dicuntur fratres Papæ, ac ei æquales.*
13 *Epiſcopi non dicuntur Antiſtites, ſed Pontifices, & ſummi Sacerdotes.*

Multa de dignitate Epiſcopi, & quæ per eum ſint ſeruanda.

RESOLVTIO II.

1 EPiſcopatus dignitas non eſt, ſed dignitatum culmen, cap. venerabilis, de præbend. & dignitat. lib. 6. Abb. in cap. cum Vuiton. col. 4. de electión. Iaſ. in l. Imperium, ff. de iuriſdict. omn. iud. Mandoſ. conſ. 99. Piſis, nu. 13. vol. 1. & omnes præcedit, Frez. in tract. de ſubſeud. Baronum, & inueſtituris feudorum, lib. 1. in illa quæſt. inter Principem Salerni, & Magnum Cancellarium de præcedentia in Parlamento num. 25. fol. 19. & ſeq., vbi num. 7. & 26. poſt alios Doctores congeſtos per eum, hoc limitat, non ſortiri aliter locum, vbicumque Epiſcopus ipſe ſederet, vt Canonicus, vel vt Collegiatus in Collegio; tunc enim ex rationibus adductis, firmat quod ſedere debeat, vt Canonicus, vel Collegiatus in loco ſuo, & iam quód eſſet vltimus; Nam cuicumque locus ſuus tunc tribuendus foret, eſto quod honor conſiſtit etiam in ſedendo ante alios, Ruminald. Iun. conſ. 151. nu. 12. volum. 2.

2 Vnde Epiſcopus non habet maiorem dignitatem ſupra ſe; verum habet minus officium, ita Abb. in cap. licet de vitanda, de electión. in 6. Mandoſ. conſ. 50. num. 9. Verall. deciſ. 307. ſeu 3. Epiſcopus Melitanus, nu. 5. in 1. par. Card. in capit. primo, de priuileg.

3 Imò etiam Epiſcopus dignior eſt Cardinale Præsbytero, eique præferri debet, ſecundum Gloſ. in c. quamquam, 2. q. 7. in fin.

4 Et hinc eſt, quod Epiſcopus propter aduentum Legati non perdit vllo modo iuriſdictionem ſuam; ſed illam habet accumulatam cum ipſo Legato; ita quod actor tunc poterit conuenire reum, coram quo maluerit, cap. 1. & ibi Panor. & alij, de officio delegat.

5 Prout regulariter Epiſcopus reſpectu dignitatis, non eſt aliter minor Cardinale, ſed habet vtique minus officium; & ſic reſpectu officij, eſt minor Cardinale, ita Bart. l. 1. §. ſi quis, num. 4. de appellat. Gloſ. final. in cap. quamquam, 2. quæſt. 7. Abb. in cap. 2. de cleric. non reſident, Iaſon. in l. 1. num. 15. ff. de officio eius. Mantua in tract. de Concilio, num. 66. & Menoch. de arbitr. iudic. quæſt. lib. 2. caſu 70. num. 6. cent. 1.

6. Et

6 Et conſequenter, Epiſcopi tantum poſſunt, quantum Papa, quoad ea quæ ſunt de conſecrationis efficacia, Gloſ. eſt in Extrauag. Ioann. 22. Ne Sede vacante, in verb. Coepiſcoporum.

7 Et eo magis, cum Epiſcopi ipſi in ſuis Diœceſibus ſint re ipſa, Papæ vicarijs, c. in Sancta, 2. queſt. 7. Archyd. in capit. cum olim, 95. diſtinct. Necnon legati Dei, etiam; vt per Gloſ. 7. quæſt. 1. & eſt text. in capit. in
8 nouo, 21. diſt. & in capit. accuſatio, 2. qu. 7. Imò denique Epiſcopus dicitur quoq; Chriſtus; capit. ſi quis, de potentibus, & cap. ſeq. 24. quæſt. 1.

9 Et tanto magis, cum Epiſcopi in locum Apoſtolorum ſucceſſerint, & teneant vices eorum, capit. in nouo, 21. diſt. capit. Eccleſię 35. diſt. capit. 1. in fine, 21. diſt. capit. quorum vices, & capit. videntes, 12. quæſt. 1. Cãpeg. in tract. de reſidentia Epiſcoporum, numer. 15. & Ferret. conſ. 301. Epiſcopatus, numer. 2. vol. 2. Redoan. in tract. de Symonia Mentali, capit. 24. ſub num. 1. in 1. part. Qui quidem Apoſtoli fuerunt æquales Petro, dict. capit. cum nouo, verſ. pari conſortio, honorem, & poteſtatem acceperunt.

Vnde Epiſcopus, qui Gręcè dicitur Superintendens, debet illis ſuper intendere, quibus præficitur. capit. Cleros, 21. diſt. & cap. qui Epiſcopatum, 8. quæſt. 1. Redoan. in tract. de Symon. mentali, capit. 18. ſub. n. 1. in 1. part.

10 Et proinde merito quidem Epiſcopi dicuntur columnę Eccleſiæ, capit. accuſatio, 2. quæſt. 7. Anchar. in cap. accedentibus nu. 2. de exceſſibus Prælatorum, de Turrecremata in cap. accuſatores, num. 1. 3. q. 8. vbi aſſignat viuacem quidem rationem.

11 Dicuntur etiam Epiſcopi ipſi Legati Dei, ac Ieſu Chriſti Vicarij; vt, per de Turrecremata, in capit. ſicut vir. num. 2. 7. qu. 1. Redoan. in tract. de Simon. mentali capit. 21. num. 2. & ſequente, in 2. par. & ex text. in cap. Epiſcoporum, extra, de priuilegijs. Corn. conſ. 83. n. 9. vol. 2. imò proprię Epiſcopi, Angeli, & oculi Dei vocantur, teſte Mandoſ. conſ. 50. nu. 9. volum. 1. ideo à ſubditis iudicandi non veniunt. capit. oues, 7. qu. 1.

12 Suntque itidem Epiſcopi, fratres Papæ, qui ordine Epiſcopatus, fratres, & æquales Papæ cenſentur; vt prodidit cum aliquibus explanationibus, de Turrecremata, in capit. patet profecto, num. 2. 9. quæſt. 3. Redoan. in tract. de Simonia mentali, capit. 24. ſub num. 1. in 1. parte. Epiſcopos namque fratres ſuos vocat Papa. Alber. in l. liquet, numer. 3. Cod. de ſumm. Trinitate, &c.

Et hinc ob Pontificiam dignitatem, Epiſcopis ipſis tanquam patribus, & paſtoribus, à Principibus, & alijs quibuſcumque tam in Eccleſia quam extra, debitus honot deferendus eſt, ex Decteto Concil. Trident. ſeſſ. 25. capit. 17.

13 Dicuntur denique Epiſcopi etiam Antiſtites, vt per Gloſ. in clem. dudum, de ſepult. in verb. Antiſtes, Diciturque Epiſcopus ipſe Pontifex, ac Summus Sacerdos, etiam in ſua Diœceſi, capit. in ſolita, & capit. de perſona, 11. quæſt. 1. Specul. in tit. de iutiſdict. omnium iudic. verſ. ſecundum Canones. De Lignano, in tractat. de horis Canonicis, in ptincip. num. 5.

SVMMARIVM.

1 *Laici Epiſcopo in ſua dięceſi ſubditi dicuntur.*
2 *Epiſcopis etiam Reges aſſurgere tenentur.*
3 *Epiſcopus dicitur caput totius Dięceſis.*
4 *Epiſcopum non licet in ius vocari ſine venia.*
5 *Compatrem etiam non licet in ius vocari ſine venia, ſicut etiam & Parochum.*

Cur Epiſcopi debeant ab omnibus Baronibus earum Diœceſium honorari, & ijs in nullo ſubeſſe?

RESOLVTIO III.

1 STante quod Epiſcopi ſucceſſerunt loco Apoſtolorum, & eorum vicem gerunt; ideo omnes laici ſuæ Diœceſis dicuntur eis ſubditi, c. cauendum, 10. qu. 3. Quibus Beatus Petrus omnes Principes ſubiecit, cap. omnes principes, extra de maior. & obed.
2 Quorum tanta eſt dignitas, quod etiam Reges illi aſſurgere tenentur, cap. ſolitę; §. hæc
3 autem, eod. tit. Et proinde dicitur eſſe caput totius Diæceſis, tanquam honorabilior; & alij, membra. c. cum non liceat, vbi Abb. extra de præſcrip. quos etiam Patres non immerito appellamus, vt in cap. quorum, 68, diſtin. & hinc inquit tex. in c. eſto, 95. diſtin. Eſto ſubectus Pontifici tuo, & eum quaſi patrem animę ama: cum & nos filij eiuſdem appellemur, cap. quid autem, 8. q. 1. vbi Beatus Gregorius ait: Quomodo .n. poſſum corrigere filios, ideſt laicos, cum fratres emendare non poſſim? & illos in tantum venerari debemus, vt dicat text. in c. in nouo, 21. diſt. quod qui recipit eos, Deum recipit: Qui autem reſpuerit eos, eum a quo miſſi ſunt, & cuius legatione funguntur, ſpernit; ſpernetur, & ipſe indubitanter à Domino; cum eos venerari ex præcepto Eccleclesiæ cõueniat, & loco patrum habere.

4 Qui quidem Epiſcopus, ex allegatis iurib. & rationibus, tanquam pater, non licet in ius vocari, modo aliquo, ſine venia.

 C 2 Et

Et hoc probatur etiam alia ratione; nam
minimè compater ſpiritualis, qui nos de Sa-
5 cro Fonte leuauit, quem patrem iura appel-
lant, poteſt in iudicio vocari, abſque venia,
ita, Guil. de Cum. Bald. Ang. Paul. Caſtren.
Rom. Alexand. Iaſ. & alij vniformiter om-
nes in leg. generàliter, ff. de in ius vocand.
Ang. Iaſ. & cœteri omnes in §. pænales, In-
ſtitut. de actio.

Imò neque preſbyter parochialis, tamquā pater ſpiritualis valet in ius vocari ſine venia, vt per Alber. de Roſat. Alex. Iaſ, & alios in d. l. generaliter, Ang. in l. adoptiuum, eod. tit. & Moder. in d. §. pænales, per ea quæ habentur in c. quis dubitet, *96.* diſt. & in c. Sacerdotes, *3.* q. 1. Et ita alias vidi iudicatum in Curia Epiſcopali Aquilana, me patrocinante.

SVMMARIVM.

1 *Omnes Magiſtratus tenentur retinere grauitatē,*
2 *Epiſcopus non retinens grauitatem, peccat.*
3 *Epiſcopus officia humilia, licet ſpiritualia agere non debet.*
4 *Epiſcopi eum Patres, & Paſtores ſint, Regulis, & Baronibus non debent ſe ſubmittere.*
5 *Epiſcopus non debet cum vno, vel duobus incedere, per Ciuitatem, ſed ſtipatus pluribus.*
6 *Epiſcopus non debet occurrere Principibus ſeculi, per Ciuitatem.*
7 *Epiſcopus coram mulieribus faciem hilarem oſtendere non debet.*
8 *Epiſcopus cum domeſticis nimis familiaris eſſe non debet.*
9 *Epiſcopus Spiritualibus vacans, alia negotia abijcere tenetur.*

Ad Grauitatem Epiſcopi, quæ ſpectant?

1 GRauitatem ab omnibus Magiſtratibus
eſſe retinendam, ne eorum vileſcat
auctoritas, Canones, & Leges cenſuerunt,
cap. qualiter, el primo, de accuſationibus,
leg. obſeruandum, ff. de offic. præſidis. Sed
in Epiſcopo, adeo eſt neceſſaria, quod ſi
eam non ſeruauerit, peccabit; iuxta Toſta-
2 tum, ſecundo Regum, cap. *6.* quæſt. *19.* nam
minueretur eius auctoritas, contra Apoſto-
lum dicentem: In omnibus exhibentes noſ-
metipſos, ne vituperetur miniſterium no-
ſtrum.

3 Subdit etiam, quod nec quędam officia humilia, quamuis ſpiritualia, facere debeat ſine neceſſitate, vt ſeruire Sacerdotibus in Miſsa, mundare Eccleſiam, eijcere canes de ea, aut ſimilia, ſed humilitas Epiſcopi debet conſiſtere in animo; itaque habeat animum paratum, humiliandi ſe in quibuſcumque rebus, etiam minimis, quamuis eſsent miniſteria ancillaria, quando oportuerit pro ſalute gregis, pro vt fecit S. Paulinus. Vnde aliqui dicunt, quod Dauid, qui ante arcam Domini dimiſſis regalibus veſtibus, ſaltauit, erat repræhendendus, cum non retinuerit grauitatem; ſed alij illum excuſant propter feruorem Religionis, & quia populus non ſcandalizabatur; ſed magis putabat dignum honore, quia coram Deo ſe humiliabat, & Dauid erat Dominus temporalis, in quo non requiritur tanta grauitas, iuxta Toſtatum, ſicut in Prælatis Eccleſiaſticis: Neque obſtat quod Diuus Paulus proprijs manibus ſibi victum querebat, id enim, vel neceſſitate cogente fecit, vel ad tollendum ſcandalum, quod eo primitiuo tempore conuerſionis hominum, forſan ortum fuiſset, ne aliena appetere videretur; quodque hodie ceſſat. Si vero vellet Epiſcopus mundare Eccleſiam, clauſis ianuis, ob particularem deuotionem, & ad humilitatem exercendam, non videtur illicitum; quemadmodum ſi diſciplina corpus ſecreto caſtigaret; etenim dum in ſecreto hæc agit, ſe humiliat, & retinet grauitatem.

Chryſoſtomus, de Sacerdot. libr. *3.* de hac grauitate loquens: Nam & grauem, inquit, illum eſse oportet, ſed minimè faſtuoſum; terrificum, ſed humanum, & viſenda maieſtate Principem, ab omnibus tamen appellandum comem, eundemque integrum, officioſum, humilem, ſed minimè ſeruilem, acrem quoque, ac vehementem eſse conuenit, ſed tamen, & manſuetum.

Bernardus ad Eugenium, lib. *4.* Auſteritatem, inquit, tibi non ſuadeo, ſed grauitatem; illa infirmiores fugat, iſta reprimit leuiores, illa ſi adſit, odibilem, hęc ſi deſit, contemptibilem reddit: Ego nec ſeuerius velim, nec diſsolutius. quid hac mediocritate gratius? vt non de ſeueritate ſit oneri, nec de familiaritate contemptui; ille conuenientior habitus ſit, actu quidem ſeuerus; ſis vultu ſerenus, verbo, ſerius. Hæc Bernadus; & ante omnes D. Paulus in Epiſtola ad Titum, c. 1. In omnibus teipſum prebe exemplum bonorū operum, in doctrina, in integritate, in grauitate; Danieli dixit Angelus, Sta in gradu tuo, Daniel. 10. Iſta grauitas plura docet Epiſcopos.

4 Primo, vt Epiſcopi tam in Eccleſia, quam foris, ſuum gradum, & ordinem præ oculis habentes, vbique ſe Patres, & Paſtores eſſe meminerint, & Regum Miniſtris, Regulis, & Baronib. non ſe ſubijciant, nec loco cedāt. Concil. Trid. capit. 17. ſeſs. 25. de reform. Illuſtre exemplum præbuit Greg. Nazianz.

licet

Digitized by Google

licet enim ab Imperatore Theodoſio ardenter amaretur, qui eius conſuetudine delectabatur, eumque pro parente calebat, non tamen frequenter in eius aula verſabatur, ſed raro; illud Prouerbiorum rectè, congrueq; præmeditatus: Raró pedem tuum infer ad amicum, ne fortè ſatiatus oderit te.

5 Secundo, quod Epiſcopus pluribus ſtipatus incedat per Ciuitatem, & Diœceſim, & non cum vno, vel duobus tantum Clericis, de quo à Beato Gregorio, fuit reprehenſus Paſchaſius Epiſcopus Neapolitanus, tradit Cardinalis Baronius, Tom. 8. fol. 169.

6 Tertio, quod Epiſcopus non debet occurrere Principibus ſæculi, ad Ciuitatem, vel alia loca accedentibus; ita egit San. Lupus Epiſcopus Senonenſis qui voluit obuiam ire Regi Ciuitatem adeunti; & ob hanc cauſam, fuit à Rege effectus extorris; aduertit etiam Baronius Tom. 8. fol. 301.

7 Quarto, quod Epiſcopus in conſpectu mulierum faciem hilarem non oſtendat, ſicut admonet Sapiens: Filiæ tibi ſunt; noli faciem hilarem ad eos oſtendere. Bernardus, loco citato.

8 Quinto, quod Epiſcopus ob hanc cauſam, non debet habere nimiam familiaritatem cum domeſticis; neque cum conſanguineis; ne contemnatur diſt. 34. in ſumma, & c. 1.

9 Sexto, quod Epiſcopus quando vacat ſpiritualibus, omnia alia negotia abijciat; etiam ſi eſſent tractanda cum Regibus Leuitic. 22.

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopus ab omni ſpecie mali ſe abſtinere debet.*

2 *Epiſcopus teneatur ſuſpitiones, & malas opiniones diuellere.*

3 *Peior eſt ſuſpicio patens vitio latenti in Epiſcopo.*

4 *Epiſcopus ſolus non poteſt alloqui mulieres, niſi multis parentibus.*

5 *Oratio, & Miſſæ Sacrificium debent eſſe arma defenſionis Epiſcopi.*

6 *Epiſcopus debet quotidie pro ſuis ſuique populi peccatis illationes Deo offerre.*

7 *Debet Epiſcopus continuo orare pro ſuo populo.*

8 *Obligatur ipſe ad ſacrificandum ſaltem ſingulis Dominicis.*

9 *Tenetur Epiſcopus ſub præcepto Diuino offerre dona, & Sacrificia pro peccatis.*

10 *Plura exempla Sanctorum afferuntur, & n. 11.*

12 *Debet Epiſcopus facere eleemoſinam.*

13 *Bona Eccleſiæ ſunt pauperum, & pretia peccatorum.*

14 *Poſſunt Pauperes vociferari, pro eleemoſina, ad officium Epiſcopi, & ſeruorum eius.*

15 *Videtur peccare Epiſcopus, qui abſq; legitima cauſa vult mutare Epiſcopatum.*

16 *Afferuntur exempla.*

17 *Debet Epiſcopus amare ſuos ſubditos, etſi perſecutores.*

18 *Et de ratione.*

19 *Comprobatur id exemplis Sanctorum.*

20 *Tenetur Epiſcopus otium vitare. Nugæ ſunt blaſphemiæ in ore Sacerdotis.*

21 *Afferuntur exempla Sanctorum.*

22 *Obligatur Epiſcopus habere familiares, & ſeruos optimæ probitatis.*

23 *Domus Epiſcopi eſt quaſi in ſpeculo.*

24 *Multa dicta Sanctorum Patrum ad hanc rem.*

25 *Tenetur Epiſcopus ad prædicationem verbi Dei.*

26 *Non prædicans peccat mortaliter.*

27 *Inuigilare debet Epiſcopus, vt beneficia fideliter, & aptè diſpenſet.*

28 *Conferens indigno, omiſſo digniore, peccat mortaliter.*

29 *Vltra peccatum, punitur plurib. pœnis, remiſſiuè.*

30 *Collatio facta illiterato eſt ipſo iure nulla.*

31 *Epiſcopus caute accedere debet in eligendis Miniſtris, tàm in foro exteriori, quàm interiori, alias peccat mortaliter.*

32 *Tenetur Epiſcopus ad damna, & intereſſe, de facto ſui Vicarij.*

33 *Debet Epiſcopus protegere perſonas pauperes, & miſerabiles,*

34 *Poteſt Epiſcopus diuites in annona caritate reluctantis vendere victualia, excommunicare, aut volentes vēdere cariori pretio, quā par eſt.*

De obligationibus Epiſcoporum, nonnulla.

1 OBligatur 1. Epiſcopus, vt ab omni ſpecie
mali ſe abſtineat; vt dicit D. Paulus I. ad
Theſſalon. 1. atq; Corint. 8. in quo loco Ti-
mens ne apud diſcipulos furti ſuſpectus eſſet,
in adminiſtrationem pecuniarum, alios ſe-
cum aſſumpſit, ac ſic dixit nequis nos car-
pat in hac exuberantia, quæ à nobis admi-
niſtrantur, idem habetur ex Diuo Chryſoſt.
2 de Sacerd. lib. 6. Inquiens, Epiſcopum debe-
re maius ſtudium adhibere vt malas ſuſpitio-
nes, & opiniones non ſolum dum erumpunt
diuellat; ſed procul vnde erumpere poſ-
ſunt, proſpiciat; quod comprobatur, per
Card. Cont. de offic. Epiſcopi, lib. 2. dicen-
3 tem peiorem eſſe in Epiſcopo ſuſpitionem
patentem, vitio latenti. Sic legitur ob priua-
tum ab Auguſtino, qui nec cum ſorore habi-
tare nolebat, vt tolleret ſuſpitionem; ac ſic
aiebat (cap. legitur. diſt. 31.) quæ in ſorore
mea ſunt, ſorores meæ non ſunt, & ſic nun-
4 quam alias alloquebatur mulieres, niſi multis
parentibus, ſic quoque S. Ludouicus Epiſco-
pus Tholoſanus, & quam plures alij.

5 Obligatur 2. Epiſcopus orationem, &
miſſæ ſacrificium in arma animæ ſuæ, & oui-
um defenſionis aſſumere, vt dicit Hieron.
6 in Epiſtola, 1. ad Titum. Epiſcopum debere
quotidie pro ſuis, populiq; peccatis Deo Vi-
ctimas offerre; atque tex. in c. fin. de priuile-
gijs in 6. iubet Epiſcopum ſingulis dieb. vel
celebrare, vel audire Miſſam.

7 Ad continuam verò orationem, inducitur
multis exemplis Epiſcopus; ſic Moyſes, qui
quærelas populi, tabernaculum ingreſſus, ad
dominum referebat; ita dicit Innoc. IV. in
cap. cum ęterni, de ſentent. & re iudic. in 6.
Etiam Samuel cum rogaretur à populo vt
oraret pro eis, reſpondit; Abſit à me hoc
peccatum, vt ceſſem orare pro vobis. libr.
1. Regum, capi. 12. Sic etiam Apoſtolus, 1.
Coloſſ. Non ceſſamus pro vobis orantes. Sic
etiam Diuus Ambroſius, Baſilius, Iuuenalis,
Malachias, & quam plures alij Põtifices, &c.

8 Obligatur 3. Epiſcopus celebrare Miſſam,
ſaltem omnibus Dominicis, vt hortatur Cõ-
cil. Trident. de modo viuendi, data tamen
9 commoditate, & honeſtate ſeruata. Et ra-
tio eſt, nã Epiſcopus pręcepto diuino tenetur
Sacrificium offere pro ouib. ſuis. Conc. Trid.
cap. 1. Seſſ. 23. de reformat. ac D. Paulus, 3.
ad Hæbreos. Omnis Pontifex, ex hominibus
aſſumptus, pro hominibus conſtituitur, vt
offerat dona, & ſacrificia pro peccatis; &
10 quemadmodum pro populo, ita etiam pro
ſemetipſo offerre pro peccatis. Sic Diuus
Hieronymus, loc. citat. expreſsè dicit. Epi-
ſcopum debere quotidie pro ſuis, populiq;
peccatis celebrare. Rationem D. Hieronymi
puto fuiſſe, nam cum Epiſcopus ſit conſtitu-
tus aduocatus apud Deum, & interceſſor
pro peccatis populi; ideo neceſſe eſt, vt
aduocatum agat, offerendo quidquid com-
11 modè poteſt, pro fragilitate humana,
ſacrificando, & orando: Hoc etiam argumen-
to vtitur Petrus de Soto, loquendo ad om-
nes Curatos, in lib. de offic. animarũ. hoc etiã
comprobatur exemplis Sanctorum, qui
rariſſima, & ex grauiſſima cauſa celebrare
omittebant. Sic Sanctus Caſſius Epiſcopus
Narnienſis, teſte Greg. in Dialogis; etiam
Diuus Ambroſius, Thomas Cantuar. Ludo-
uicus Epiſcopus Tholoſanus, ac Beatus Ca-
rolus Cardinalis Borromeus, & alij plures.

12 Obligatur, 4. præcipuè, Epiſcopus ad ele-
moſinæ largitionem in pauperes. Et ratio eſt,
quia cum Epiſcopus non ſit Dominus, ſed di-
ſpenſator bonorum Eccleſiæ, & bona non
ſint præcipue ſua, ſed patrimoniũ pauperũ, &
13 pretia peccatorum, iuxta mentem Sanct.
Vrbani, & Chriſoſt. de ſacerdotibus, lib. 3.
ideo tenetur illa reſtituere eiſdem pauperi-
bus & ex hoc, ait Gregorius Epiſcopus, c. 21.
libr. 2. Pauperes poſse Vociferari ad valuas
domus Epiſcopi, immò vſq; ad ſeruorum cu-
biculum, dicentes: Da nobis noſtra; alioquin
contra te vociferabimur rerum tuę diſpenſa-
tioni commiſſarum, dicentes: Domine, non
vult dare nobis, quæ illi, vt nobis daret, de-
diſti, & ſic non meretur nomen Epiſcopi,
qui non eſt eleemoſinarius, capit. fratrem,
diſ. 88. ſic etiam gloria eſt Epiſcopi, paupe-
rum inopiæ prouidere, c. gloria. 12. quæſt. 2.
Hoc innumeris Sanctorum exemplis com-
probatur: Sic egit Sanctus Ambroſius, Caſ-
ſianus, Nicolaus, Paulinus, Ioan. Eleemo-
ſinarius, Sylueſter, Gregorius, Martinus,
Ludouicus, Antoninus, Ioannes de Tuſſigna-
no, ac Carolus Borromeus, & quamplures
alij.

14 Obligatur quinto Epiſcopus maximum
erga eius ſponſam adhibere amorem, ac die,
nocteq; nil aliud cogitare, nil ſtudere atq; inui
gilare, quam ſponſæ decori, & ornamento,
& ſic aliam non appetere, propter auaritiã,
vel ambitionem: Sic habetur in c. ſicut vir. 3.
quæſt. 1. hoc voluit ſignificare Paulus, in illis
verbis Epiſt. ad Timotheum, Vnius vxoris
virum; ſcilicet, quod Epiſcopus vnam Eccle-
ſiam, eius ſponſam amet, & non alias quærat.
15 Et ideo datur ei annulus in conſecratione.
Et ſic videtur peccare Epiſcopus, cui redditus
Epiſcopatus ſufficiunt, pro honeſta ſubſten-
tatione, cuius aer eſt ſalubris, ſi procurat ha-
bere alium Epiſcopatum propter illius bona
temporalia. per c. mutationes, c. ſcias, 3. q. 1.
S. Thomas 2. 2. q. 188. art. 1. Nauarr. de red-
ditib. Eccleſ. quæſt. 1. monit. 25. Hoc, exem-
16 plo Caliſti III. comprobatur, qui cum eſſet
Epiſcopus Valentiæ, noluit alias Eccleſias
oblatas acceptare, dicens, quod vna ſponſa,
& quidem virgine eſt contentus; & alijs
exemplis.

17 Obligatur ſexto Epiſcopus ſubditos ma-
xima dilectione amare, licet ab ipſis perſe-
quatur. Et ratio eſt, cum Epiſcopus ſit Paſtor,
& ſubditi ſint oues, paſtor amat, ac defendit
18 oues, iuxta illud Sancti Euangelij, Ego
ſum Paſtor bonus, & amo, & cognoſco
oues meas; & in hoc, Epiſcopi exempla
Apoſtolorum debent imitari, qui in medio
perſequutorum, eorum ſalutem procurabãt.
Sic Matth. 10. ait, Ecce ego mitto vos, ſicut
oues in medio luporum. Ac D. Paul. 1. ad
Corinth. 4. Maledicimur, & benedicimus;
perſecutionem patimur, & ſuſtinemus. Et
dicit text. in cap. fin. diſt. 47. conuitia perdito-
rum, non debent mouere Epiſcopum à via
recta.

19 Hoc multis exemplis Sanctorum compro-
batur;

Digitized by Google

batur; ſic idem Paulus fecit pro Iudeis, quan-
do ipſum lapidauerunt; ſic etiam Sanctus Sil-
uerius, ac Beatus Carolus Borromeus, &
multi alij.

20 Obligatur ſeptimo Epiſcopus, otium &
ſuperuacaneas occupationes vitare, vt do-
cet Innoc. III. in c. niſi, de renunt. atq; Bernar-
dus ad Eugenium ait, otioſitas mater nuga-
rum, nouerca virtutum, inter ſeculares nugæ
ſunt, in ore ſacerdotis, Blaſphemiæ.

21 Exemplis ſanctorum hoc pleriſque com-
probatur; & primo S. Ambroſius legitur
multum diuinis agendis deditus; ac vt eui-
taret otium, iuſſit, vt nulli fores eſſent clauſæ,
etiā infimis hominibus. S. Carolus Cardinalis
Borromeus legitur quaſi totā noctem, dieſq;
conſumere in diuinis colloquijs, in ſcriben-
do, meditando, aliaq; faciendo. S. Ludo-
uicus Epiſcopus hortū manibus proprijs co-
lebat, ne otio occuparetur; ſic otium euitaue-
re Auguſtinus, Baſilius, Gregorius, &
cæteri.

22 Obligatur octauo Epiſcopus pro familia
habere homines bonæ qualitatis, & probita-
tis. Nam vt ait Bernardus ad Eugenium,
lib. 4. c. 10. Domum Epiſcopi decet Sanctitu-
do, decet modeſtia, decet honeſtas, horum
diſce eſſe cuſtos, & Antoninus par. 3. tit. 21.
c. 2. dicit, peccare Prælatos ſi non prouident,
vt ſua familia ſit honeſta, & Arch. in c. 1. de
renun. in 6. Niſi Epiſcopus reformauerit fa-
miliam ſuam, non poterit alios corrigere.
23 Vnde Auguſtinus, & Ambroſius aiunt; Do-
mus Epiſcopi, quaſi in ſpeculo ponitur, & eſt
magiſtra publicæ diſciplinæ; & ſic neceſſe
eſt, vt ſuos domeſticos corripiat, vt ait Dio-
niſius Carruſ. de regin. Epiſcopi; & cum, vt
iam ſupra diximus, bona Epiſcopi non ſint
ſua, ſed pauperum; ideo non debet habere
multos famulos; ſed ſolum neceſſarios, vt
docet Medin. de pęniten. lib. 1. c. 18 §. 1. &
famuli debent eſſe Clerici, c. cū Paſtoris, 2. q.
7. & boni teſtimonij, & probatæ fidei. cap.
Epiſcopus 2. q. 7. debent, eſse etiam, & litte-
rati, vt Gloſ. in c. eſto, diſt. 95. non debent ta-
les eſse adulatores; nam illos tenetur expel-
lere; Nā tex. in c. nihil. diſt. 83. docet nihil eſse
miſerius illo Paſtore, qui gloriatur luporum
laudibus. Exempla Sanctorum circa hoc
24 ſunt innumera; Sic egit S. Ludouicus Epiſco-
pus Tholoſanus, qui cum grauibus eruditiſq;
viris conuerſabatur. S. Martinus, ac S. Ca-
rolus Cardinalis Borromeus, qui viros eru-
ditos amauit, in honore habuit, eoſque re,
opere, & commendatione, ad vitæ ſubſten-
tationem, atq; ad ſtudiorum adiumentum, &
honoris amplitudinem iuuit, & ſemper fouit,
& plerique alij.

25 Obligatur nono Epiſcopus, oues ſuas di-
uinis prædicationibus alere, cum ipſa prædi-
catio verbi Dei ſit cibus animarum. & ſicut
paſtor expellit lupos à Grege, ſic & Epiſco-
pus verbi Dei prædicatione, expellit lupos
animarum, vt habetur in c. Epheſis, diſ. 33.
ac Paulus, primo ad Corinth. cap. 9. ait: Væ
mihi eſt, ſi non Euangelizauero, & ſic Gre-
26 gorius in c. ſi Rector, d. diſt. probat, Epiſco-
pum non prædicantem peccare mortaliter. at
ſic teneri ſolum ſaltem diebus Dominicis,
feſtis, tempore Aduentus, & Quadrageſimæ,
vt ait Contar. in c. 4. ac Sotus de Iuſt. & iure,
lib. 10. quæſt. 3. art. 1. Sic egerunt quam-
plures Sancti, quorum recitationem breui-
tatis cauſa ommitto.

27 Obligatur decimo Epiſcopus circa colla-
tionem beneficiorum, inuigilare vt fideliter
diſpenſet, & non ad ſui libitum donet; nam
vt docet S. Thomas 2. 2. q. 63. art. 2. Epiſco-
pus non eſt dominus, vt poſſit miniſteria Ec-
cleſiæ pro libito dare, ſed diſpenſator, iuxta
illud 1. ad Corinth. 4. Sic nos exiſtimet ho-
mo, vt miniſtros Chriſti, & diſpenſatores
miniſteriorum Dei; & ſic ex communi ſen-
28 tentia Doctorum, habetur, quod Epiſcopus
conferens beneficium indigno, ommiſso di-
gniori, peccat mortaliter, ſic S. Thomas loc.
citat. Caietan. Sotus de Iuſt. & Iure, lib. 3. q. 6.
art. 2. Salon. ſuper dict. art. 2. Diui Thomæ.
Tolet. in inſtruct. Sacerdot. lib. 5. c. 14.
29 Et ipſe vltra peccatum mortale, punitur
pluribus pœnis, relatis per Rebuff. in praxi,
30 de pœna contra collatores. Vltra quod col-
latio beneficij facta illiterato eſt ipſo iure
nulla, Innocen. & Abb., ac alij, in
cap. cum noſtris, de conceſſ. præbend.

31 Obligatur Vndecimo Epiſcopus, in eligen-
dis bonis miniſtris, tam in foro exteriori, quā
interiori, inuigilare ſummopere; alias pecca-
ret mortaliter; vt dicit Cardin. Caietan. in
ſumma, in verbo, Epiſcoporum peccata. Me-
din. de pęnit. lib. 1. cap. 16. §. 1. Card. Toletus
in iſtructione Sacerd. lib. 5. cap. 4. vt probat
Salon. ſuper D. Tho. 2. 2. q. 68. art. 2. controu.
9. concluſ. 3. Epiſcopum teneri ſub peccato
mortali eligere digniores ad officia; & ſic
32 etiam teneri de facto ſui Vicarij ad damnū,
& intereſſe, ſi non eligerit idoneum. Bald. in
margar. in verbo, Epiſcopus, verſ. 9. Innoc. in
c. ad hæc, de off. Archid. Rota Biſign. de off.
Vicarij, deciſ. 1. & ſic etiam peccat circa ele-
ctionem Examinatorum, Confeſſorum, Paro-
chorum, & aliorum, vt ait Archidiac. in cap.
quando, diſtinct. 34. Sic pariter circa electio-
nem prædicatorum; cap. inter cętera, de offic.
ordinarij.

33 Obligatur duodecimo, pauperes, & miſe-
rabiles

rabiles perſonas, & oppreſſas ab alijs, protectioni habere; vt docet Turrecrem. in ſumma, diſt. 84. & ſic iubet l. 1. C. de Epiſcopis, Clericis, Epiſcoporum verum cultum eſſe adiuuare pauperes, expoſitos in neceſsitate; & ſic tenetur non ſolum eiſdem pauperibus eleemoſynas erogare; verum etiam curare, eis ab alijs erogatis, ipſos non fraudari; quæ fraudatio non eſt ſine peccato mortali. cap.
34 paſtor. 2. q. 1. & ſic diuites nolentes tempore penuriæ eleemoſynas facere, ex officio excommunicare poteſt; ſic etiam nolentes vendere victualia, illo tempore, vel vendentes carius, peregrinis, quam ciuibus, c. 1. vbi Abb. & communiter, de emption. & vendit. Aufrer. in Clement. 1. de offic. Ordinarij.

Aliæ inſuper ſunt obligationes ipſorum; ſed pro nunc hæ ſatis ſint.

P R A X I S

Diſpenſationum, quæ ab Epiſcopis, locorum Ordinarijs impartiri Iuridicè poſſunt.

S V M M A R I V M.

1 *Diſpenſatio alia eſt Expreſſa, & alia Tacita, & quænam ſit, nu. 2.*
3 *Diſpenſatio tacita æquipollet expreſſæ.*
4 *Epiſcopi an uideantur tacitè diſpenſare, & quid in ſupremo Principe. nu. 5.*

Diſpenſatio Tacita Epiſcoporum, locorum Ordinariorum, An ſuffragetur.

R E S O L V T I O I.

1 CErtum eſt, Diſpenſationum, alteram eſſe expreſſam, alteram verò tacitam. Expreſſa diſpenſatio dicitur, quando adſunt hæc verba in ſupplicatione: videlicet, diſpenſare dignemini, vel in litteris appoſitum eſt verbum, Diſpenſamus; ad c. at ſi clerici, §. de adulterijs, de iudic. cap. de multa, in fi. de præben. Amplia idem eſſe in ordine. c. Clericum, de fil. presbyt. c. vnic. de æta. & qual. libr. 6. Dominicus, conſil. 696. Retenta, n. 14. & Sigiſm. Loſred. in Paraphr. feudal. in c. imperialem, ad fin. verſic. item per verbum, permittas.

2 Altera eſt Tacita, quando Papa, indigno,
vel inhabili ſcienter prouidet; vel inhabilem,
ſeu indignum ad beneficium, officium, vel
aliud admittit, ſeu promouet; & de ſic ad-
mittendi, ſeu promouendi qualitatibus, &
cōditionibus inſtructus, & informatus exiſtit;
3 & hæc tacita diſpenſatio expreſsè equipollet,
& plenè operatur. Gl. magna in cap. qui in aliquo, 51. diſtinct. Innoc. & Ant. de Butr. in c. veniens, de fil. presbyt. Bart. in l. quidam conſulebant, in 2. no. vbi etiam Ioan. de Imol. latè, ff. de re iudic. Idem Bart. in l. Barbarius, col. fin. ff. de offic. præto. vbi quod ſi Papa aſſumpſit ad dignitatem, homicidam, ſeù Apoſtatam, vel alias indignum, ſcienter, ſecum diſpenſare videtur, Glo. vnic. cit. princ. in c. cum Eccleſiaſticæ, de exceptio. Bal. in l. imperialis, C. de nupt. idem Bald. in l. bonorum, C. qui admitti &c. Ant. de But. in c. conſultationibus, de iur. patr. quem ſequitur Mil. in repert. in verſ. Diſpenſare an videat ille, qui ſcienter prouidet indigno. Rom. conſ. 216. electio dicti, nu. 6. & ſeq. ac conſil. 307. in caſu, num. 2. Rot. deciſ. 332. Iaſ. qui hanc opin. magis communem affirmat, in l. Barbarius nu. 14. ff. de offic. præt. Felin. in cap. præterea, col. 2. & ſequen. de teſt. cogen.

4 Quibus præmiſſis, deueniendo ad articulum; Aduertendum eſt, quod tacita diſpenſatio Epiſcoporum, & aliorum Prælatorum parum, vel nil operatur; & dixit Bald. in add. ad Specul. tit. de diſpen. §. qualiter, verſ. nunquid ſuperior, quod Epiſcopi, cæterique Prælati nunquam videntur tacitè diſpenſare, etiam ſi excommunicatum, vel indignum ad Sacros ſcienter promoueant; vt etiam ſentire videtur Innoc. in c. cum ſuper, de offic. deleg. Ioan. de Anan. & Imol. in c. ſignificauit, de offic. ordin. Anton. de Butr. in proem. Decretal. col. 8. vbi ponit differentiam inter modum diſpenſandi inter Papam, & inferiores Prælatos. Felin. in c. ſi quando, colum. 4. in 3. conſider. de reſcript. Item in diſpenſationibus, quas concedunt ordinarij requiritur cauſa; ſecus in Papa, in quo cauſa præſumitur, & in diſpēſationibus, & indulgentijs, liberalitas eſt pro cauſa. Butr. & Imol. col. 13. ac Fel. in 4. Fallen. in c. 1. de conſtit. Præpoſit. in c. pervenerabilem, qui fil. ſint legit.

5 Et licet Imol. in l. quidam conſulebant, col. 4. verſic. ſed verus, ff. de re iudic. voluerit quod concluſio illa, vt promouendo inhabilem ex certa ſcientia, præſumatur diſpenſare;

ſare; procedat non ſolum in Principe, ſed
etiam in inferiore à Principe ſupremo, prout
in Capitulo promouente inhabilem, vel in-
dignum, in eo caſu, quo poteſt diſpenſare,
tenuit Specul. in tit. de diſpenſat. §. ſunt
quoque, in fine; Oldradus loquens de Epi-
ſcopo, & Capitulo, conſ. 329. col. 2. & conſ.
331. col. 1. & in Comite Sabaudiæ loquitur
Bald. in l. eam quam, col. 10. verſ. demum
quæro, C. de fideicommiſſ.

Tamen id verum dicunt alij, quoties in-
teruenit legitima cauſæ cognitio; vt habetur
per Gloſ. in cap. 2. de Schiſmat. vbi etiam id
notant Io. Andr. Butr. Abb. & Anchar. In-
nocent. & Boich. in cap. veniens, de filijs
presbyter. Felin. in cap. cum venerabilis, col.
fin. de except. Roman. conſ. 507. Dec. in c.
ſi quando, col. fin. de reſcript. & alij apud
Gabriel. concl. 8. nu. 13. de præſumpt. Qui
nu. 14. declarat quod in hoc caſu, licet re-
quiratur cauſæ cognitio; tamen non pro-
pterea requiritur expreſſa diſpenſatio; ſed ta-
cita, ex Abb. in d. c. veniens, nu. 8. de præ-
ſumpt. & Imol. in d. l. quidam conſulebant,
col. 4. verſic. verius puto, ff. de re iudic.

SVMMARIVM.

1 *Vicarius appellatur Ordinarius.*
2 *Vicarius Epiſcopi quam iuriſdictionem habeat.*
3 *Vicarij Tribunal dicitur idem cum Epiſcopo.*
4 *Vicarius regulariter poteſt, quæ Epiſcopus; ſed de-*
clara, vt num. 5.

An in caſibus, in quibus Epiſcopi poſſunt, diſpenſare valeant quoque, & eorum Vicarij?

RESOLVTIO II.

PRobat Nouarius, in ſuo opuſculo noui Iu-
ris Pontificij, concluſ. 76. ſub nu. 2. verſ.
& ratio eſt, pagina mihi 177. quod Vicarius,
1 Ordinarius appellatur, illiuſq; ſub nomine
venit. Ex Gloſ. in cap. Romana, in verbo ge-
neraliter, de Appellat. in 6. & in cap. tua, in
verbo, Vicarij, de officio Vicarij, Couar. var.
reſol. lib. 3. cap. 20. nu. 4. Vnde docet ipſe,
quod quoties aliquid Epiſcopo conceditur,
perſona Vicarij comprehenditur; & ita dicit
tenere Sanchez, de Matrimonio, lib. 3. diſput.
29. nu. 16. & Cochier. in tract. de Iuriſdict.
in exemptos, quæſt. 1. nu. 10. part. 1.

Ex quo fundamento videtur dicendum,
quod in caſibus, in quibus licet Epiſcopo
diſpenſare, licere debeat pariter, & Vicario.
Non ſolum enim Vicarius Epiſcopi dicitur
2 habere Iuriſdictionem ordinariam, vt ſupe-
rius dictum fuit, verum etiam eandem quam
habet Epiſcopus, idem Conſiſtorium, &
Auditorium, c. Romana, vbi Canoniſtæ, in
princip. de appell. in 6. cap. non putamus,
cum glo. in verb. videatur, vbi Archid. nu.
2. Gemin. nu. 1. & 7. Franc. col. 1. de conſuet.
in 6. capit. 1. vbi etiam Canoniſtæ de offic.
Vicar. in 6. Bertach. de Epiſcopo lib. 4. tit. de
Vic. Epiſcop. num. 3. & part. 5. lib. 5. eod.
tit. de poteſtat. Epiſcop. circa iud. num. 92.
3 Didac. Couar. pract. quæſt. cap. 4. nu. 4. Tri-
bunal enim vnius, dicitur Tribunal alterius;
perſona vnius, dicitur perſona alterius; idem
Iudex; vnum officiũ; idem iudicium; & idem
effectus, auctoritate Epiſcopi, & Vicarij mi-
niſterio, dict. cap. non putamus, cum Gloſ.
& dict. cap. Romana. Gloſ. in Clem. vbi
Doct. de reſcrip. Rota deciſ. 8. de offic. Vicar.
in Vltimis, Ruinus conſ. 148. nu. 1. 3. & ſeq.
vol. 4. Nicol. Millis, in ſuo repertorio, in verſ.
Vicarius Epiſcopi, Capr. reg. 33. nu. 17. in c.
Anton. de Præt. tract. de iuriſdict. Epiſcopi,
qui ſcribitur Clypeus paſtoralis, cap. 7. per
totum. Vbi latiſsimè comprobat magnam
vnitatem inter Epiſcopum, & eius Vicarium;
pulchrè Brugen. Enchir. par. aut ſimil. iur.
in verſ. Iudicium. Foller. in pract. crim. can.
1. part. moral. nu. 121. Et dicitur Vicarius
aſſociatus Epiſcopo in iuriſdictione, capit. in
noua actione, vbi Archid. 17. quæſt. 6. Abb.
conſ. 21. nu. 2. par. 1. Menoch. conſ. 51. num.
eod. vol. 1. Et ſuperior eſt, ſicut Epiſcopus.
Archid. in dict. c. Romana, not. 1. in fin. in
verſ. Curiam, de appell. in 6. & regulariter
omnia poteſt, quę poteſt Epiſcopus, l. fi. C. de
4 offic. eius, qui vic. alter ger. Hoſt. Io. An-
dr. & Archid. in dict. capit. fin. de officio
Vicar. in 6. Gloſ. in capit. tua, in verſ. Vicarij,
extra, eodem. Cardin. in Clem. 1. quæſt. 17.
de reſcripti, Felin. in cap. ex parte, col. 3. poſt
num. 1. verſ. vnde cogitabam, extra, de conſt.
Rolan. conſ. 86. nu. 33. in princip. & eſt com-
munis opinio, vt teſtatur, Maran. de ord.
iud. 4. par. in 5. diſt. in princip. num. 20. Man-
doſ. regul. Cancell. 24. de male promot. qu.
6. num. 3. poſt. Corn. conſ. 181. num. 39. in 2.
Grat. reſp. 2. nu. 88. in primo: Etiam ſi Vica-
rius non eſſet creatus ab Epiſcopo, ſed ab
eius ſuperiore, inuito Epiſcopo; quia habet
etiam eandem iuriſdictionem, cum nõ minus
intelligatur repreſentare ipſum Epiſcopum.
Ruyn. dict. conſ. 148. nu. 5. dicens, Vicarium
in hoc caſu magis repreſentare illum, cuius
vices gerit, per not. per Bart. in l. filius, ff. de
leg. 1. latius Ricardus inter conſ. Menoch.
52. nu. 116. vol. 1. poſt Alciat. in rub. de off.
ordin. nu. 25. & alios ibi cumulatos. Seyſel,

in

in rub. nu, 17. ff. de officio eius,&c.

13 Hæc omnia licet ſint vera, Tu autem declara ſupradictam opinionem procedere in ijs caſibus,in quibus expreſsè non eſt interdictum id Vicarijs;taliter quod tunc debet habere ſpeciale mandatum ab Epiſcopo; vt dixit Rota in vna Cæſarauguſtana portionis 1532.coram R. P. Clerico, alias non valeret diſpenſare;quamuis regulariter, quoties Vicarius expreſse non eſt excluſus à Sacris Canonibus, & à Sacro Concilio Tridentino, potius videtur incluſus ſub nomine Epiſcopi. Sbrozz.de officio Vicarij, lib.2.quæſt. 202. num.2.

SVMMARIVM.

1 *Diſpenſare poſſunt habentes iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem.*

2 *Ordinarij appellantur habentes quaſi Epiſcopalem Iuriſdictionem.*

3 *Abbates veniunt appellatione Ordinariorum, etiam quod ſint Commendatarij, nu.4.*

5 *Abbas Commendatarius perpetuus, verus Prælatus appellatur.*

Diſpenſatio, quæ poteſt concedi ab Epiſcopis, An poſſit pariter impartiri ab habentibus Iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem.

RESOLVTIO III.

Sicuti Epiſcopi, locorum ordinarij, poſſunt aliquas diſpenſationes eorum ſubditis concedere; Ità etiam, & habentes iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem, nullique Diœceſano ſubditi; Prout hanc opinionem loquen-
1 do in diſpenſatione circa denunciationes in matrimonio requiſitas, notauit Nauar. conſil. 5.de ſponſal. Henriqu.in ſumma,lib. 11. capit.5. Sahagun. in titul.de ſponſal.numero 53. Rodriq. in ſumma,cap.217.numer.4. par. 1. quos refert, & ſequitur Nouarius in ſuo opuſculo noui iuris Pontificij, concluſ. 1. nu.3. de diſpenſat.

2 Quæ opinio illa iuuatur ratione; eo quia huiuſmodi habentes quaſi Epiſcopalem Iuriſdictionem, ſunt verè ordinarij, & poſſunt ſingula, quæ Epiſcopus; vt docet Gloſ. in Clem.1. in verſ. proprij, de Reb. Eccleſ.non alien., quam adducit Nauar. d. conſ. 5. nu. 4. de ſponſal.

3 Hinc cum Abbates veniant appellatione Ordinariorum, & habeant iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem,cap. Abbates,de priuileg. in 6., itaut quando de Ordinarijs mentio fit, niſi ſubiecta materia aliud expoſcat, Abbates tunc etiam veniunt ſub dicta nominatione, Gloſ. in cap. ordinarijs, in verbo, locorum, de offic. ordinar. in 6. vbi etiam Franc. ſub num.3. Gloſ.in Clem. 1. in verbo, Diœceſano,de iur. patronat. Guttierez canonic. quæſt.lib.1. quæſt. 10. nu.15., propterea illis quoque eſt attributa regulariter facultas diſpenſandi in illis caſibus,in quibus licet etiam Epiſcopis, & ita Didac.var. reſolut. lib.3.qu. 24. nu.26. Molin.de Rit. Nuptiar. different.
4 11.nu.70. etiam quod Abbates huiuſmodi ſint Commendatarij;dummodo tamen ſint perpetui, & non temporales; vt eleganter docet Nouar.d.concl.1.nu.6. de diſpenſationibus. Reddens rationem; quia quando Commendatarij ſunt perpetui, dicuntur Ordinarij,per tex., & Gloſ. in d. cap. ordinarij, de offic.ordinar. in 6., & in cap.Eccleſiarum, eodem titulo; & commendatarij perpetui non differunt à veris titularibus,Nauar.conſ. 4. de fil.præsbyterorum. Crauet.conſ. 284.
5 Puteus deciſ. 25. lib. 1. taliter quod Abbas Commendatarius perpetuus,verus Prælatus reputatur, & delegatus eſſe poteſt. Capic. deciſ. 2. nu. 9. Hoied. in tract. de incompatibil. benefic. cap.14. nu.6., & commenda perpetua, dicitur verus Canonicus titulus. Caſſador.deciſ. 5. de Priuil. Guid. Pap.deciſ. 152.

SVMMARIVM.

1 *Capitulum diſpenſat, vti Epiſcopus, etiam quò ad intreſtitia, & nu. 2. & quod ad illegimitatem, ibidem.*

3 *Capitulum diſpenſat in ijs, in quibus poteſt Ordinarius, ratione iuriſdictionis Epiſcopalis.*

4 *Iuriſdictio Capituli competit Vicario, ab eodem Capitulo electo.*

Caſus diſpenſabiles per Epiſcopos, an poſsint concedi per Capitulum, Sede vacante, & eius Vicarium.

RESOLVTIO IV.

EX illa vulgata regula, quod Capitulum Sede vacante, ſuccedit in omnibus, quæ de iure pertinebant ad Ordinarium, cap.his qui, de Maior.& Obed. Syluester.caſ.conſc.verb. Capitulum, Suarez de cenſur. diſput. 7. num.4. ſect.2.Venit conſtituenda concluſio, quod illud poteſt concedere diſpenſationes, quas Epiſcopi locorum Ordinarij concedere valent; remanet enim Ordinarius, vbi Epiſcopus deficit. Nouarius, in opuſculo noui iuris Pontificij, concluſ. 1. ſub titulo de

de

de cauſis primæ inſtantiæ; & ita in proprijs terminis diſpenſationis; voluit idem; concl. 3. nu. 3. ſub tit. de diſpenſat, loquens de diſ-
2 penſatione quoad interſtitia; & ſic pariter circa diſpenſationem cum illegitimis ad minores ordines, & ad beneficia ſimplicia, concludunt Nauar. conſ. 31. de tempor. ordinat. & conſ. 7. de filijs presbyt. Epiſcopus Minorenſ. in praxi Epiſcopali in verbo, Capitulum. Quarant. in ſumma Bullar. in verbo eodem, Auila de cenſur. diſputat. 3. dubio 6. verſic. ſecundo notandum eſt.

Et capitulum Sede Vacante diſpenſare in
3 in ijs. poſſe, in quibus poteſt Ordinarius ratione iuriſdictionis Epiſcopalis, poſt alios antiquiores notarunt Guttierez, canonic. quæſt. lib. 1. cap. 3. num. 10. Molin. de iuſt. & iur. tract. 5. diſput. 11. num. 5. Nouarius Forenſ. quæſt. 102. num. 6. lib. 1. qui ad id adducit Pauin. in particulari tract. de poteſt. Capituli Sede vacante, quæſt. 5. affirmantem, Capitulum poſſe diſpenſare ſicut Epiſcopus; & ita etiam dicit tenere Selua, de benefic. qu. 11. num. 4. part. 2., qui voluit Capitulum ſuccedere in iuriſdictionem; nec diſtinguendum eſſe inter iuriſdictionem contentioſam, & voluntariam. Vgolin. de cenſur. tabul. 1. cap. 10. §. 2. nu. 2., qui affirmauit, Capitulum ſuccedere Epiſcopo in tota iuriſdictione ordinaria, tàm contentioſa, quàm voluntaria; & hanc eſſe generalem regulam iuris; Card. Tuſc. concluſ. 56. lit. C.

Vndè cum Vicario à Capitulo Epiſcopali, Sede Vacante, electo, tota Capituli Iuriſdictio eo ipſo competat, exceptis ijs, quæ ſibi Capitulum reſeruauit antè Vicarij electionem; itaut neceſſarium in eis non ſit ſpeciale mandatum, quæ in Epiſcopi Vicarium, ſpeciali mandato non exiſtente, minimè tranſirent; (cum enim Sacrum Concilium Tridentinum ſeſſ. 24. de reformat. cap. 16. Capitulum arctet ad conſtituendum Vicarium, qui totam adminiſtrare debeat iuriſdictionem, vt non ſit neceſſaria aliqua ſpecialis commiſſio, iuxta dicta per Guttier. Canon. quæſt. cap. 11. num. 10. & per Genuen. in praxi Cur. Archiep. cap. 85. num. 5. Niſi Capitulum Vicario à ſe electo limitatum de facto, mandatum dederit, reſeruando aliqua ſibi; nam in huiuſmodi exceptis, Vicarius iuriſdictionem exercere non poſset, Gratian. de benefic. cap. 7. num. 30. par. 5.)

Ideo dicendum eſt, quod niſi hanc facultatem diſpenſandi pro ſe retinuerit Capitulum, valebit Vicarius electus diſpenſare in illis caſibus, in quibus & Epiſcopus mortuus diſpenſare potuiſſet.

SVMMARIVM.

1 *Denunciationes in Matrimonio poſſunt omitti de licentia Epiſcopi.*
2 *Qui quidem poterit hanc poteſtatem delegare.*
3 *Cauſæ legitimæ debent præcedere, vt diſpenſatio denuntiationum fiat.*
4 *Archiepiſcopi in aliorum Epiſcopatibus remittere denunciationes non poſſunt.*

An Epiſcopus poſſit diſpenſare in publicationibus Matimoniorum?

RESOLVTIO V.

1 EPiſcopi omnes diſpenſare poſſunt, vt omittantur denunciationes, vel aliqua illarum, ante & poſt matrimonij conſumationem, Conc. Trident. Seſſ. 24. cap. 1. latè Vgolin. de poteſtate Epiſcopi, cap. 60. Maceraten. reſolut. 112. caſu 6. Henriquez in ſumma, lib. 11. cap. 5. §. 5. Itaut Ordinarij vtriuſque contrahentis, cum vtroque, etiam ſi ſint diuerſæ diœceſis, poterit diſpenſare, Guttier. de Matrim. cap. 46. num. 12. Coninch. de Sacramẽt. diſput. 27. dubio 6. num. 54. dummodo ſit Epiſcopus illius loci, in quo celebratur Matrimonium, Nouarius concl. 1. de diſpenſat. nu. 9. dicens num. 10. vt valeat Epiſcopus hanc facultatem diſpenſandi alijs delegare, ex Rebuff. in prax. in Forma Vicariatus, num. 155. Spin. in Specul. teſtament. gloſſ. 15. n. 15. Ceuall. quęſt. 604. num. 73. & ſeq. vbi alios commemorat. Reginal. in praxi fori pęnit. lib. 3. n. 235.

3 Declara primò, concluſionem firmatam, procedere exiſtentibus legitimis cauſis diſpenſandi, alioquin minimè poſſent Epiſcopi diſpenſare. late Menoch. de arbitrar. iudicum cap. 433. numer. 5. Salçed. ad Diaz; capit. 73. Guttierez lib. 1. Canonicarum queſtion. cap. 19. num. 12. Et ratio eſt, quoniam Concilium tale negocium prudentiæ Epiſcopi remiſit; & proinde abſque legitima cauſa diſpenſare minimè poſſet; vt latiſſimè per Ceuall. commun. contra communem, quæſt. 604. numer. 103. & per Nouarium concl. 2. de diſpenſat.

4 Declara ſecundo, vt Archiepiſcopi in aliorum Epiſcopatibus remittere nequeant, Molina de ritu nuptiarum, different. 11. num. 86. & Nouarius in opuſculo noui Iuris Pontificij, d. concl. 1. num. 8. de diſpenſationibus.

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopus an poſſit reuocare exulem ex gratia.*
2 *Clauſula, Salua Moderatione Ordinary, ſolet poni*

poni in ſententijs, quę per Vicarios proferuntur.

3 *Epiſcopi ponunt indultus reuelantibus delicta.*

4 *Epiſcopus diſpenſat cum depoſito verbaliter.*

An Epiſcopus poſſit diſpenſare cum Depoſito verbaliter.

RESOLVTIO VI.

1 LIcet de iure cōmuni, Epiſcopus non poſſit facere gratiā de delicto, & ſic pęnā remittere; vnde non poſſet reuocare exulem, vt per Diaz in praxi, in verbo exilium mitti. Foller. in praxi Canonic. in verb. & ſi comitti, num. 123. tamen de conſuetudine generali, & quaſi poſſeſſione, in qua manutenerentur Epiſcopi, hodie faciunt gratiam de omnibus; vt ſcribit Genuen. in ſua Archiepiſc. praxi, cap. 55. vbi refert ita obſeruare Curiam Archiepiſcopalem Neapolitanam, quando Vi-
2 carij dictæ Curiæ proferunt ſententias, ponunt in eis Clauſulam, Salua Moderatione, & commutatione Illuſtriſſimi Archiepiſcopi; quæ ſententia valet, ſecundum Bald. in Authentic. interdicimus, Cod. de Epiſcopis, & Clericis Felin, in c. qualiter, & quando, el 2. §. ad corrigendos, de accuſat. & ita multoties Ego vti Vicarius Generalis, annis elapſis ſeruaui.

3 Amplia primò, vt poſſit Epiſcopus concedere indultum ijs, qui alios delinquentes reuelauerint, Genuen. vbi ſupra, in fine. Et ratio eſt, quoniam Iudices ordinarij poſſunt bannitos disbandire, & remittere ex prædicta cauſa, Bart. in l. ambitioſa, ff. de decretis ab ordine faciendis, per tex. in l. omnes, §. fin. ff. de re militari, Farinac. de inquiſitione, q. 6. n. 14. qui plura adducit.

4 Amplia Secundo, & ſic deueniendo ad caſum propoſitum, vt Epiſcopus poſſit diſpenſare cum depoſito verbaliter, propter adulterium; iuxta text. in c. at ſi Clerici, §. de adulterijs de Iudicijs, vbi Abb. & Fel. Menoch. conſ. 22. vol. 1. & Monald. conſ. 71. n. 6. & ſeq. vol. 2.

SVMMARIVM.

1 *Diſpenſatus ad duo beneficia, non cenſetur diſpenſatus, vt poſſit illa retinere in eadem Eccleſia.*

2 *Niſi illa eſſent difformia.*

3 *Epiſcopus ex cauſa diſpenſare poteſt.*

4 *Diſpenſatio quoad pluralitatem Beneficiorum Iuriſpatronatus, non requiritur.*

An Epiſcopus poſſit diſpenſare ad duo Beneficia ſimplicia ſub eodem tecto.

RESOLVTIO VII.

1 REgulariter Epiſcopus diſpenſare nequit; Hinc prouenit, vt diſpenſatus ad duo beneficia, ſeu duas prębendas, non cenſetur diſpenſatus, vt illa in eadem Eccleſia, ſeu ſub eodem tecto poſſit obtinere. Cardin. in cap. de multa, §. ſeu, verſ. hoc idem, in 4. q. & ibidem Ant. de But. Imol. & Abb. de præben. Anchar. in cap. 1. poſt num. 3. verſ. plus ergo, & Franc. col. 2. de conſuet. lib. 6. Rebuff. ſuper concord. ſub. rub. de collation. §. volumus, in verb. Cathedralibus, Iaſ. in l. beneficium, num. 41. ff. de cōſtit. prin. Staphi. ſuper Signat. fol. 12. & Sarnen. de Expectat. num. 46.

2 Limita ſupra poſitam concluſionem, vbi duo beneficia ſub eodem tecto eſſent difformia; quia tunc Epiſcopus valet diſpenſare, quod quis poſſit ſub eodem tecto habere duo beneficia, quæ ſint difformia, Rebuff. in praxi benef. in tit. de diſpenſatione ratione ætatis, num. 14. verſ. & quamuis Epiſcopus, Staphil. de lit. gratiæ, in tit. de ſecunda forma expectatiuarum, num. 5. vbi reddit rationem, quia in difformibus non læditur Eccleſia, nec frangitur numerus inſeruientium, Mandoſ. de Signat. gratiæ, in tit. Diſpenſatio ad beneficia, ſub eodem tecto, fol. mihi 43. Flam. Pariſ. de reſign. benef. libr. 3. quæſt. 1. numer. 128. Hoied. de benef. incompatibili, p. 1. cap. 11. n. 4. Theſaur. Fori Eccleſ. par. 2. c. 23. nu. 55. vbi teſtatur ſic fuiſſe deciſum per Sacram Congregationem.

Vnde Mandoſius, de Signat. gratiæ, in tit. de diſpenſatione ſub eodem tecto, voluit, quod ad duo beneficia ſub eodem tecto diſſimilia, puta, Curatum, & ſimplex, ſeu ad duo ſimplicia, puta, ad duas Cappellanias, ſeu duo Altaria. licèt de iure obtineri non poſſint, c. litteras, de conceſ. præb. Ioan. de Gignan. de pluralitat. beneficior. num. 8. Gloſ. in cap. dudum, de elect. Innoc. in cap. cum iam dudum, de præb. tamen, & olim, & hodie diſpenſari conſueuit; quin & ordinarius diſpenſare poſſet, vt etiam voluit Lap. allegat. 117. numero quarto.

Declara ſupra poſitam limitationem procedere, exiſtente legitima cauſa, nam Epiſcopus ſolum ex cauſa diſpenſare poteſt; puta, propter perſonæ ſublimitatem, nobilitatem, doctrinam, vel propter aliam rationabilem cauſam. Pro quibus vide cap. 1. cum ibi not. de conſuet. lib. 6. Fed. de Sen. conſil. 205. ad aures,

aures, & conſil.59. Abb. in c. extirpandæ, in repet. §.qui verò n.41. de præben. & in c. litteras, in fi. de conceſ. præben.

Declara ſecundo, data inſufficientia primi beneficij; nam alias obſtarent diſpoſita per Sacrum Conc. Trid. de reform. ſeſſ. 24.cap. 17. Theſau.fori Eccleſ.in d.cap.23.num.55. Caualc. deciſ.32. n.13. & deciſ. 33. n.6. Pariſ. d. quæſt.1. n.141. & Hoied. d.p.1.c.19.

2 Limita 2. principaliter, principalem concluſionem non procedere in beneficijs iuriſpatronatus laicorum; nam quo ad pluralitatem ſub eodem tecto, non requiritur Epiſcopi diſpenſatio; nam ſacrum Conc. Trident. non habet locum in beneficijs, de iure patronatus; & ita pluries fuiſſe deciſum per Sacrã Congregationem, quod ſuaderi videtur, cum dictum Concilium vtatur verbo, conferri, quod propriè reſpicit beneficia libera. Paul. de Cittad. de iure patronat.p.6.artic.3.n.82. cum ſeq.

Et ad comprobationem accedit; nam Gregor. XIII. fel.recor. declarauit, beneficia iuriſpatronatus non comprehendi in § cæterum, contento in Conſtitutione Pij V. relaxante prohibitionem de non admittendis reſignationibns; quo §. prohibetur Epiſcopis, beneficia eorum, aut reſignantium affinibus conſanguineis, vel familiaribus conferre; pro vt de hoc vidi atteſtationem Illuſtriſsimi D. Cardinalis Mathæi, cum eius ſigillo.

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopus non diſpenſat contra Concilium, niſi de mandato Papæ.n.2. vel vbi eſſet magna cauſa. n.3. Et vbi canon Concilij eſſet pœnitentialis, num.6.*

4 *Epiſcopus ex magna cauſa diſpenſat contra Canones.*

5 *Epiſcopus Coadiutorem aſſumere abſque Papæ licentia, quando poſſit?*

7 *Epiſcopus non diſpenſat, quando Canon Concilij pœnam imponit, quæ niſi a Papa poteſt induci.*

An Epiſcopus poſſit diſpenſare contra Concilium.

RESOLVTIO VIII.

1 Epiſcopus non poteſt diſpenſare contra Concilium. hanc reg. probat Gloſ. in c.dilectus, il.1. de præben. in verbo, cum ſe facultas. Gloſ. & ibi Docto. in c. cum dilectus, in verbo, in ætate, de electio. & in Clemen.1. in verbo, eligatur, de electio. & in c. dilectus, de tempo. ordi. & ibi Innoc. in c.1. de fili. presb. Io. de Anna. in c.cum Dię-

ceſi, de vſur. Archidiaconus. in c. ſicut, 15. diſtinc. & in ſumma 56. diſtin. & in c. virgines, 27.q.1. latè Ioan.Andr. in c.1. ſuper glo.in verbo conceſſum, de ſupplen. neglig. præla. Speculat.in tit.de diſpenſatione, in §.nunc, de Epiſcoporum, n.27. Botteus, in tract.de Synodo Epiſcopi, art.1.concluſio 3.n.6.

2 Limita primo niſi de mandato Papæ expreſſo, & ſpeciali; tunc valeret eius diſpenſatio, vel conſtitutio, etiam ſi eſſet contra Concilium. Pro quo facit quod notabiliter tradit Ant. de Butr. in cap. de filijs presbyt. lib. 6. vbi dicit, quod illud quod legatus de latere, ex ſpeciali commiſsione Papæ facit, non tam factum legati, quam Papæ dicitur; ſecus ſi ex generali. Pro qua opinione eſt Gloſ. in c. litteris, in glo.2. in fi. de reſcript. facit text. in c. ſi apoſtolicæ, de præben.lib.6. quod ita tenent Docto. in c. quod tranſlationem, de offic. legat.

Limita ſecundo non habere locum, quandocunque adeſſet magna cauſa, ſcilicet neceſſitatis, vel vtilitatis. ita tenet Abb. in d §. de adulterijs, n.5. Lambert. in tract. iuris patro.in 1.par.2.lib.15.arti.7.q.1.princ.n.2. fo.222.col.3. idem Abb. in c.cum dilectus, de electio. allegat ad hoc deciſ.Rotæ 262. in nou.ſecundum impreſſ.antiq. ſecundum nouam, deciſion.5. in titul. de iure patrona. allegat etiam tex. in c. tali, & in c. exigunt, 1. q.7. & in c.expoſuiſti, de præben. idem Abb. in c. dilectus & in c. fi. de fil.presb. & ibi cæteri Doctores, qui dicunt quod licet alias Epiſcopus non diſpenſet, quod filius Sacerdotis ſuccedat in Eccleſia paterna, illud eſt verũ, niſi vbi ſubeſſet neceſsitas, vel vtilitas Eccleſię; Eandem limitationem ponit Bald. in l. omnes populi, ff. de iuſt. & iur. vbi dicit, quod Epiſcopus ex magna cauſa, poteſt diſpenſare contra Canones. Nicol. Millis, in Repert. in verb. Diſpenſare poteſt Epiſcopus, vbi allegat ſupra dictam deciſionem, ad quam ſe remittit, ad cognoſcendum quæ ſint magnæ cauſæ. Specul. in titul. de diſpenſation. in §. nunc de Epiſcoporum, n. 30. in fin. Catellian. Cotta, in memorand. verbo, Epiſcopus. Roman. in d. conſil.325. Felin. in c. 1. in 7. fallent. de conſtit. Hanc etiam limitationem ponit Roman. in ſing.92. allegant ſupradicti Doctores & Ias. in l. nemo poteſt, n.8. in 1. lect. ff. de leg.1.tex. in l. ſi hominem, ff. mandati. Quam limitationem intelligo veram, vbi de facili ſuperior conſuli non poſsit; alias ſecus, per l. Diui fratres, ff. de pen. & per l. Diuus Pius Claudio, ff. de falſ. Facit quod notant Doct. in c. venerabilem, de elect. Bal. in l. non dubium, C. de legi. Pro qua opinione eſt tex. in c. 1. de cler. ægrota. lib.6. vbi ratione

Digitized by Google

5 tione diſtantiæ locorum,conceditur Epiſcopo indigenti coadiutore, ſibi aſſumere vnũ, vel duos de conſenſu, & conſilio ſui Capituli, vel maioris partis, abſque hoc quod veniat ad Sedem Apoſtolicam, ad quam alius venire tenetur. vbi dicit tex. ad idem, etiam, in c. 1. ne Sede vacant. lib. 6. vbi Epiſcopus eſſet in remotis non expectatur eius conſilium, quod alias requiritur, & expectatur; & hanc limitationem ad ſupra dictum intellectum, ſentit Aret. in d. §. de adulter. n. 20. allegat ad hoc text. in c. nihil, de elect.

Contra quam limitationem facit quod notant Ioannes Andr. de Ancharan. in c. 1. de ætate, & qualita. lib. 6. & ibi Dominic. de ſancto Geminian. qui impugnantes Archidiac. ibi. & in cap. licet canon, de elect. lib. 6. volunt, quod Epiſcopus etiam ex magna, neceſſaria, & vtili cauſa, & etiam cum cauſæ cognitione non diſpenſat cum patiente defectum ætatis, in dignitatibus curatis, propter Concilium Generale, c. cum in cunctis, in §. inferiora, de electione, cum qua opinione tranſit Philippus Franc. in d. cap. 1. Et licet pro opinione Archidiaconi multa poſſent adduci, quæ ipſe ponit in d. capitul. licet canon, & cum eo ſit Hoſtienſ. in c. cum dilectus, de election. non conceditur diſpenſatio etiam ex magna, neceſſaria, & vtili cauſa; quia Concilium generale prohibet Epiſcopis, & punit contra facientes; vt patet in d. cap. cum in cunctis, in §. clerici, de election. & in l. 26. tit. 5. p. 1. Et ideo hæc opinio non conuenit huic limitationi, quæ eſt, quando Concilium, vel permittit diſpenſare, vel quãdo loquitur imperſonaliter, nec vetando, nec permittendo diſpenſationem, nec imponendo aliquam pœnam; quia vbi imponit pęnam, reſtringitur dicta limitatio.

Tertio limita, niſi canon Concilij eſſet canon pœnitentialis; quia cum penitentię ſint arbitrariæ, c. Deus qui, & c. quæ ſitum, de peniten. & remiſſion. c. menſuram, & ibi Gloſſ. de peniten. diſtin. 1. c. Tempora, 26. q. 7. Gloſſ. in c. ſunt plures, de peniten. diſtin. 3. poterit Epiſcopus in tali canone diſpẽſare, vt in c. quem pænitet, de peniten. diſtin. 7. Glo. & Doct. in d. §. de adulterijs. Ex quo notabiliter, Gloſ. 1. in d. cap. tempora plenitudinis, & in d. c. latorem, in gl. fin. 33. q. 2. dicunt quod Epiſcopus ex cauſa poteſt diminuere pænitentiam, quam induxit Papa. ſequitur Roman. vbi dicit ita contigiſſe de facto in perſona Cardinalis de Vrſinis, qui erat Summus Pęnitentiarius, in ſing. 460. Hippol. in ſing. 182. Iaſ. in l. omnes Populi, in 1. lectur. n. fin. & in 2 lect. num. 13. ff. de inſtit. & iur. Quod tamen intelligo verum, niſi caſus de ſe eſſet reſeruatus Papæ. per notata in c. quod traslationem, de offic. deleg. & in d. §. de adulterijs, & qui ſint iſti caſus Penitentiales reſeruati Papæ, habetur in c. 2. de pænitent. & remiſs. lib. 6. & per Hoſtienſ. in ſumma eo. tit. in §. 2.

Quarto limita, non habere locum in caſu poſito per Felin. in c. 1. num. 5. de Sponſal. vbi aducitur quamplures rationes pro ſua opinione, quæ omnes videntur ridiculæ, & ſic ipſe non firmat pedem, cum illa limitatio videatur vera; & in contrarium allegat Gloſ. in Clem. 1. verſ. erigatur, de election. Reſtringe tamen has limitationes, niſi canon
7 Concilij poenam indiceret, quæ non poſſit imponi, niſi per Papam; exemplum in depoſitione Epiſcopi, vt in c. quamuis, & in c. multum, & in c. dudum, 3. q. 6. nam ſicut ſolus Papa poteſt deponere; ita videtur conueniens, quod ſolus Papa poſſit diſpenſare; ita tenet Hoſtienſ. & ibi Butr. ibi, hoc declarat, in vltim. col. in cap. 2. de bigam. Aret. in d. §. de adulterijs, num. 14. Quod videtur verum quando quis non poteſt imponere ex defectu poteſtatis; ſecus ſi ex priuilegio perſonarum; quia tunc videtur, quod poſſit diſpenſare, ob ceſſantem rationem.

Reſtringe ſecundo, niſi eſſemus in caſibus tantum Papæ reſeruatis, iuxta notata in c. quod translationem, de offic. deleg. & in c. ſicut vnire, de exceſſ. præla. ita tenet Spec. in titul. de diſpenſatione, in §. non breuiter; quia in his ſe non intromittit alius inferior, niſi ex ſpeciali commiſſione Papæ, d. c. quod translationem.

S V M M A R I V M.

1 *Epiſcopus in eius Synodo Statuta concedere poteſt.*

2 *Epiſcopus an diſpenſet contra Statuta Synodalia.*

3 *Diſpenſatio facilius permittitur, quam Conſtitutio tollatur.*

4 *Sententia pro facultate diſpenſandi eſt communis,*

5 *Nec attendi videntur aliqui DD. Aduerſantes.*

An Epiſcopus poſſit diſpenſare contra Conſtitutiones, ſeù Synodum Diœceſanam?

R E S O L V T I O IX.

1 CErtiſſimi iuris eſt, Epiſcopum in eius Synodo poſſe Conſtitutiones, & Statuta condere, vt probat text. in c. quod ſuper

per

Digitized by Google

per his, de maior. & obedien. & in c. ex ore, §. porro, de priuil. & in c. licet, de offic. ord. & in c. 2. & ibi Gloſ. in verb. Statuto, & Doct. de conſtit. lib. 6. & in c. nullus 3. q. 4. & Gloſ. fin. in ſumma 18. diſtin. & Gloſ. fin. in c. 1. vbi Archid. & Doct. de conſecrat. diſtin. 3. Hoſt. in ſumma, in titu. de conſt. §. quis. poſſit, col. 2. Henric. in c. à nobis, el 1. nu. 2. de ſenten. excom. & in c. fin. de ferijs, & ibi Abb. nu. 5. Bald. in c. fin. de offic. delegat.

2 Dubitatum tamen fuit, an Epiſcopus poſſit diſpẽſare cõtra Statuta Synodalia? Et opinio affirmatiua apud omnes recipitur, prout apud Innoc. in c. cum ad monaſterium, nu. 4. de ſtatu monac. & ibi Cardin. in. 6. Lupus, & Ioan. Andr. quem ſequuntur Geminian. & Philipp. Franc. in c. licet canon, de elect. lib. 6. Ioan. Andr. Card. Zabarella in c. dilectus, de tempor. ord. idem Card. in repet. c. perpendimus, de ſent. excom. Ioan. Andr. in regul. cui licet, & in regul. qui tacet, de reg. iur. lib. 6. Collecta. in c. cum omnes, nu. 3. de conſt. Butrius in c. quæ in Eccleſiarum, & ibi Imol. num. 25. de conſt. Panor. in c. at ſi clerici, in §. de adulterijs, nu. 10. de iudic. & ita dicit communiter teneri ibi Felin. num. 6. Phipp. Dec. ibi, nu. 98. Iaſ. in l. 1. in §. fuit quæſitum, num. 9. ff. ad Trebel. Millius in repert. in verb. Diſpenſare, verſ. diſpenſare poteſt contra propriam. Et hanc opinionem dicit eſſe communem, de Roſel. in tract. de Concilio, in dubitatione, An in ſimplici beneficio, quod habet Eccleſiam Parochialem annexam, Epiſcopus poſſit diſpenſare, nu. 20.

3 Mouentur ſupradicti Doctores, quia diſpenſatio facilius permittitur, quam conſtitutio tollatur; nam legatus non poteſt contra Canones ſtatuere; tamen diſpenſare poteſt, ità notanter concludit de Butr. per Gloſ. fin. ibi, in Clem. 2. de reſcript. quam refert, & ſequitur ibi Ioan. de Imol. prout refert Philipp. Dec. in dict. §. de adulterijs, nu. 100. ſed Epiſcopus poteſt tollere Statutum ſuum, ſecundum ſupradictos Doctores; Ergo à

4 fortiori, diſpenſare poterit; Hanc opinionem dicit communem Rauennas, in compendio iuris Canonici, in tit. de iudic. col. 17. verſ. ſed ſolet dubitari, Philipp. Franc. in Regul. cui licet, nu. 4. de regul. iur. lib. 6. Lancellot. Galiaula in repet. l. centurio, col. 31. verſ. breuiter reſponde, ff. de vulgar. licet contrarium opinionem teneat Archidiac. in d. c. licet canon. nu. 2. Innocen. ſibi contrarius, in d. c. dilectus, nu. 5. Card. Zabarell. ſibi etiam contrarius, in conſ. 130. num. 4. mouentur prædicti Doctores per Rubr. ff. quod quiſque iuris, & per c. cum omnes, de conſtitut.

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopus regulariter non poteſt facere Statuta contra Ius Canonicum.*
2 *Et an poſſit ſtatuendo illud adiuuare.*
3 *Pœnam apponere Statutis, dependet à iuriſdictione.*

Epiſcopus, qui regulariter diſpenſare non poteſt contra ius Canonicum, an poſſit ſtatuendo, adiuuare dictum ius Canonicum.

RESOLVTIO X.

1 EPiſcopus regulariter non poteſt facere Statuta contra Ius Canonicum, & conſequenter contra eum diſpenſare, vt probat tex. in c. inſtitutionis, 25. quæſt. 2. & in cap. licet, ibi, quod regulare fecit, de offic. ord. & in c. quod ſuper his, de maiorit. & obedient. in cap. cum inferior, eod. titul. facit text. in leg. formam, Cod. de offic. præfect. prætor. & in l. hæc neceſſaria, Cod. de nouo Codice compon. in l. ille à quo, in §. tempeſtiuum, ff. ad Trebell. in l. nam, & magiſtratus, ff. de arbitr. Hoſtien. in cap. fin. in fin. de offic. Archidiac. quem ibi ſequuntur Card. Ioann. Andr. Butr. Henric. Bohic. in c. à nobis, il 1. num. 3. de ſentent. excomm. Abb. in cap. cum dilectus, nu. 10. de conſuet. & in d. cap. quod ſuper his, & ibi Felin. num. 2. ad quem ſe remittit Zab. in tractatu de Concilio, art. 2. lib. 2. pag. 82. col. 1. in fin. Calder. in col. 5. in tit. de conſtit. Cardin. in Clement. 1. in §. final. de rebus Eccleſ. non alien. Alberic. in 1. p. ſtatut. quæſt. 6. & in l. formam, Cod. de offic. præfect. prætor. Iaſ. in l. omnes populi, in 2. lectu, n. 11. ff. de iuſt. & iur. Pau. Pariſ. conſ. 27. nu. 59. libr. 2. Barboſ. in conſ. 21. colum. 7. verſic. ſed iſtis non obſtãtibus, volum. 3. Iacob. de S. Georg. in l. 1. in 1. lectu. nu. 5. ff. quod quiſque iur. Alex. vbi dicit ita communiter teneri, in d. leg. 1. ff. quod quiſque iur. idem in conſ. 116. num. 2. libr. 2. Faber. in §. ſed quod Principi, Inſtit. de iure nat. Angel. Aretin. in §. ius Ciuile, col. 3. Inſtit. eod. titul.

2 Sed fuit quæſitum, An Epiſcopus ſtatuendo, poſſit adiuuare Ius Canonicum ſcilicet apponendo pœnam, vbi dictum ius non imponit, vel aggrauando pęnam, eo iure impoſitam? Et affirmatiuam ſententiam confirmat text. in c. innotuit, & ibi de Butr. & Panor. de eo, qui furt. ord. ſuſcep. & in c. 2. in §. Statutum, de conſt. lib. 6. Gloſ. in Clem. ne Romani, in verb. tolli. de election. quam omnes Doctores ibi ſequuntur; ita tenet Panor. & in c.

cum dilectus,num 10. de conſuet. & in cap; cum conſuetudinis,num.5.eod.tit.& in cap. nemini,num.6.de offic.legati,& in cap.licet, num.1.de offic.ordinar.& in cap.ex frequentibus,num.5.de inſtitution.& in cap.à nobis, el 1.in 1. notab. vbi bonus text. de ſent. excomm.Hoſtien.Ioann.Andr.Cardinal. & de Butr.in d. c.fin. de offic. Archipreſ. Anchar. in c.qu.11. de conſtitu. in repet. & in conſil. 425.incip.viſo,& diligenter,col.fin. Bald.in Rubrica,de conſtit.col.2.vbi dicit,hoc ideo. eſſe,quia Epiſcopus habet merum Imperium. & in leg.omnes populi,ff.de iuſtit.& iure, & in leg.programmata.colum.1.C. Commination. vel Epiſtol. Imo.in c. ex tuæ,de cleric. non reſiden.Hoſtien.in cap. ex parte,el 3. de verb.ſignific. Caſtren.in l.non eſt nouum, ff. de legib.Geminian.& Præpoſit.in Summ.18. diſtinct.& in cap.mancipia,in princ.54. diſt. Ioann.Faber.in §.ſed quod princpi. Inſtitut. de iure natur.Ang.in §.ius ciuile, column.3. Inſtitut.eod.tit.Roman. in conſil. 429. num. 7. Alexand.in conſ.55.n.15.column.14. in fine,volum.4.Felin.vbi plura allegat, in cap. quod ſuper his. numer.9. de maiorit.& obedien.de Curte,in tractatu de conſuetud.num. 278

3 Ratio huius concluſionis eſt,quia pęnā apponere ſtatutis, dependet à iuriſdictione; ita tenet Abb.in cap.quæ in Eccleſiarum, nu.6. in fin.de conſtitut.& ibi Philipp.Dec.37. Felin.in cap.irrefragabili,in §.cæterum,colum. 2.verſ.limita tertio, de officio ordin. ſed Epiſcopus habet iuriſdictionem,imo merum imperium,c.ſi quis Epiſcopus, 23. qu. 8.& ibi Gloſs.1.text.in d.c.de perſona, 2 q. 1.notant Doctor.in c.cum contingat,de foro compet. Bald.& Doct. vbi Iaſ.num. 18.in l.Imperium, ff.de iuriſdiction.omn.Iud.

S V M M A R I V M.

1 *Epiſcopus diſpenſat cum ſimoniaco.*
2 *Et quid in ordine?*
3 *Bulla Pontificis reportatur.*
4 *Simonia vbi eſt commiſſa ignoranter, poteſt haberi diſpenſatio ab Epiſcopo.*

An Epiſcopus poſſit diſpenſare cum Simoniaco in Ordine, vel Beneficio.

R E S O L V T I O XI.

1 CVm Simoniaco quocumque poteſt Epiſcopus diſpenſare. Hoſtienſ. de Simonia,nu. 16. Et ratio eſt,ſecundum Piaſecium, in praxi Epiſcop.cap.63,quia nullibi reperiatur prohibitum.

2 Cum Simoniaco autem in ordine ſcienter, etiā occulto, diſpenſare nō poteſt, ſtante prohibitione Sixt. V. quam licet Clemens VIII. reduxerit ad terminos iuris communis, illam tamen quoad caſum hunc Simonię, in ſuo robore reſeruauit, vt patet ex contextu ipſius Bullæ,quam hic vtilitati communi exponendam putauimus,vt ſequitur.

3 *Romanum Pontificem decet, ea, quæ ob iuſtas cauſas interdum ſtatuta ſunt, cum ipſa rerum experientia ſuadet, moderari, & immutare, prout in Domino ſalubriter conſpicit expedire; Alias ſanè emanarunt litteræ fel. rec. Sixti PP. V. prædeceſſoris noſtri, contra clericos malè promotos, ac in Epiſcopos in collatione Ordinum peccantes, tenoris infraſcripti videlicet. Sixtus Epiſcopus, ſeruus ſeruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam. Sanctum, & ſalutare Sacri Ordinis Sacramentum, ab ipſo Domino, & Saluatore noſtro Ieſu Chriſto inſtitutum, Beatiſque Apoſtolis, & eorum legitimis ſucceſſoribus ſingulari Diuina bonitatis munere traditum, ita ad Dei Omnipotentis gloriam,ſalutemque animarum, ſanctè, & religioſè adminiſtrari decet, & infra.*

Vt igitur Præſules Eccleſiarum intelligant, ſi in re tam graui, & tanti momenti,culpa, aut negligentia peccauerunt, ſe, non modo in tremendo Dei iudicio, verum in hoc quoque ſæculo, Romano Pontifici ſuæ villicationis rationem fore reddituros; Preſenti Conſtitutione perpetuo ſtatuimus,& ordinamus, vt ſi in poſterum Antiſtes aliquis Epiſcopali, Archiepiſcopali,Primitiali, vel etiam Patriarchali dignitate præfulgens, aut Abbas ad primam tonſuram, minoreſque ordines ſuis ſubditis conferendos, a Sede Apoſtolica auctoritatem habens, quemcunque ſæcularem, vel cuiuſuis ordinis,aut militiæ regularem, ex aliquo crimine, vitio, aut defectu, ſeu alias inhabilem, vel irregularem exiſtentem, vel extra tempora, a iure ſtatuta, vel abſque veris dimiſſorijs ſui Ordinarij litteris, aut per ſaltum, vel furtinè, aut quod ſæculares;(ſine titulo ſufficientis beneficij, vel patrimonij, aut ante ætatem per ſacri Generalis Concili Tridentini Decreta, primæ tonſuræ, aut cuique Ordini præſcriptam, aut non ſeruatis temporum interſtitijs, ita vt aliquis vnico die, ſeu continuatis diebus ad plures ordines ſacros, vel poſt vnum ordinem ſuſceptum, ſine cauſa rationabili, antequam tempus ab eodem Conc.Trid. præfixum elabatur, & ad alium ordinem promoueatur, ſine diſpenſatione,aut indulto Apoſtolico,)clericali caractere non legitimè inſignitierit, aut ad ordines minores, vel ſacros, vt præfertur, vel aliàs malè promouerit, ſiue id ſcienter, ſiue ignoranter fecerit, niſi debita diligentia adhibita, iuſtus error, & probabilis facti ignorantia eum excuſet, vt in quo deliquit, in eo puniatur, a collatione quorumque ordinum, atque adeo ipſius tonſuræ, &

ab

Digitized by Google

ab executione omnium munerum Pontificalium, eo ipſo ſuſpenſus, & ab ingreſſu Eccleſiæ interdictus exiſtat, alijſque grauioribus pœnis, noſtro, & pro tempore exiſtentis Rom. Pontif. arbitrio puniatur.

Quod ſi ſpreta huiuſmodi ſuſpenſione, & interdicto, in præmiſſis ſe temerè ingeſſerit, etiam a regimine, & adminiſtratione ſuæ Eccleſiæ, ſeu Monaſterij, & a perceptione fructuum menſæ eiuſdem, ac quorumque beneficiorum per eum in titulum, vel commendam, ſeu alias obtentorum ſuſpenſionem eo ipſo incurrat, eiuſque interdicti, aut ſuſpenſionis relaxationem, aut pœnarum remiſſionem, ab alio quam à Rom. Pontif. pro tempore exiſtense nequeat obtinere.

Et nihilominus fel. rec. Pij II. & aliorum Rom. Pont. noſtrorum prædeceſſorum, qui per ſuas Conſtitutiones, aut in Cancellaria Apoſtolica, publicatas Regulas contra huiuſmodi Clericos malè promotos, diuerſas pœnas inflixerunt, veſtigijs inhærenses, eoſque clericos poſt hac malè promotos, ab executione, miniſterio, & exercitio Ordinum ſuſceptorum, & ab omni ſpe, & facultate aſcendendi ad alios ſuperiores, perpetuò ſuſpenſos declaramus, & ſi in eis miniſtrare præſumpſerint, illos ſic irregulares effectos, omnibus, & quibuſcunque per eos in titulum, commendam, aut alias obtentis dignitatibus, officijs, & beneficijs Eccleſiaſticis, cum cura, & ſine cura, quomodocunque qualificatis ſæcularibus, vel cuiuſuis ordinis, aut militiæ regularibus, ac etiam ſi ipſi Clerici regulares fuerint, actiua, & paſſiua voce ipſo facto priuamus, & ijs priuatos, atque ad illa, & alia ſimilia, vel diſſimilia in poſterum obtinenda, in perpetuum inhabiles, & incapaces eſſe decernimus, & declaramus; dignitatum, officiorum, & beneficiorum huiuſmodi, ſic pro tempore vacantium diſpoſitionem nobis, & Apoſtolicæ Sedi perpetuo reſeruantes.

Vt autem homines, qui nimia indulgentia, & ſpe impunitatis, ac veniæ facilitate hactenus fuerunt ad huiuſmodi facinora procliuiores, ea ſublata, & præcluſa ab his abſtineant, & caueant in futurum, tam abſoluendi, quam diſpenſandi facultatem in caſibus ſuperius expreſsis, etiam in foro conſcientiæ, nobis, & ſucceſsoribus noſtris, dumtaxat, auctoritati, tenore præmiſſis perpetuo reſeruamus. Inhibentes, ne a quoquam ſæculari Præsbytero, vel Prælato, quauis auctoritate fungente, nec per quæcunque Iubilea, & indulgentias etiam pleniſſimas, & extraordinarias per noſtros Prædeceſſores, aut noſmetipſos, vel ſucceſſores noſtros, anno Iubilæi, aut alio quouis tempore, & Cruciatæ Sanctæ, vel quocunque alio titulo, modo, & forma, Motu proprio, & conſiſtorialiter, ſeu ad quorūcunque Principum, Regum, aut Imperatoris inſtantiam, eorumque contemplatione, & intuitu, cum quibuſuis ampliſſimis, in genere, vel in ſpecie derogatorijs clauſulis, conceſſa, vel in poſterum concedenda, nec vigore, aut prætextu facultatum, aut priuilegiorum, Mare magnum, aut alias quomodolibet nuncupatorum, quibuſuis ordinibus, Congregationibus, aut perſonis regularibus, aut Epiſcopis, per Decreta Conc. Trid. aut Officio Sacræ Penitentiariæ Apoſtolicæ, vel minoribus, aut etiam maiori Pænitentiarijs noſtris, & Rom. Pont. pro tempore exiſtentis, vel alias quomodolibet pro tempore conceſſorum, Perſonæ, ſic vt præfertur, delinquentes, tam ſcilicet Antiſtites, ſeu Abbates promouentes, quam Clerici malè inſigniti, ſeu Ordinati, a reatibus, & exceſſibus præfatis abſolui, præterquam in mortis articulo poſſint, aut debeant, nec cum ijs, ſuper irregularitate, propter præmiſſa, contracta, etiam ſi crimen penitus occultum fuerit, quouis modo valeat diſpenſari;

Verum enim vero, quia grauioribus morbis fortiora ſunt adhibenda remedia, & iuxta perſonarum, locorum, ac temporū, qualitates, leges ſunt immutandæ, pœnæque agrauandæ, et emoliendæ cū huiuſmodi peccatum, Sathana Suggerente, hominumque fragilitate aſſentiente, videatur iam ad culmen vitiorum aſcendiſſe, & in præcipiti eſſe, Ideo, vt homines ſaltem pœnæ timore, proprij honoris confuſione, à peccato deterreantur, nonum huic veneno antidotum cogimur præparare. Ac propterea volumus, vt qui abſolutionem, & diſpenſationem huiuſmodi petent, ſemper, quamuis delictum adhuc occultum extiterit, non per Officium Sacræ Penitentiariæ, ſed a nobis, & pro tempore, exiſtente Romano Pontifice, in vtroque foro abſolutionem petere teneantur; alioquin ipſæ conceſſiones, & abſolutiones, etiam cum clauſula, quod præſentis Conſtitutionis tenor, & alia prædicta habeantur pro expreſſis, prorſus nullæ, irritæ, & inualidæ exiſtant, ac nemini penitus ſuffragentur.

Cæterum ſi quis Antiſtes, vel Abbas, ſeruatis quidem cunctis præmiſſis, & cæteris omnibus, quæ in ipſius tonſura, & ordinum collatione obſeruari debens, perſonas habiles, & idoneas, ſed tamen recepta ab ijs, quibus tonſuram, aut ordines confert, pecunia, precio, vel pręmio, ſimoniacè in futurum inſigniuerit, vel promouerit; volumus, vt præter alias cenſuras, & pœnas contra ſimoniacè ordinantes, & ordinatos, a ſacris Canonibus, & Conſtitutionibus Apoſtolicis alias inflictas, & irrogatas, quibus nequaquam derogare intendimus etiam omnia, & ſingula ſupradicta in ſic promouentibus, & promotis locum habeant. Decernentes, præſentes litteras, ſub quibuſuis conceſſionibus, facultatibus, & gratijs etiam in caſibus quibuſcunque, Sedi Apoſtolicæ quomodolibet, etiam in Bulla Cenæ Domini, reſeruatis, etiam ſub nomine Iubilei plenarij, vel Cruciatæ

ſanctæ, abſoluendi facultatem quibuſuis perſonis generaliter, vel ſpecialiter tribuentibus, minimè comprehendi; ſed ſemper ab illis exceptas eſſe, & cenſeri, ſicquè in præmiſſis vniuerſis, & ſingulis, per quoſcunque Iudices, & Commiſſarios, etiam cauſarum Palatij Apoſtolici Auditores, & S.R.E. Cardinales ſublata eius, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, in quauis cauſa, & inſtantia iudicari, & definiri debere; ac irritum, & inane, quidquid ſecus ſuper his a quoquam quauis authoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari; Non obſtansibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ac in Concilijs etiam generalibus editis, cæteriſque contrarijs quibuſcunque. Vt autem præſentes litteræ omnibus innoteſcant, mandamus illas ad valuas S. Ioan. Lateran. & Principis Apoſtdiorum de Vrbe Baſilicarum, & in acie Campi Floræ affigi, & publicari, & poſt quindecim dies, qui in Vrbe ſint, qui verò extra eam, & citra montes, intra quatuor menſes a die publicationis huiuſmodi computandos, perinde afficere, & arctare, ac ſi eorum cuique perſonaliter intimatæ fuiſſent; ac earundem præſentium litterarum exemplis etiam impreſſis, Notarij publici manu ſubſcriptis, & ſigillo perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ obſignatis eandem fidem in iudicio, & extra illud adhiberi, quæ ipſis præſentibus adhiberetur, ſi eſſent exhibitæ, vel oſtenſæ. Nulli ergo &c. Dat. Romæ apud Sanctum Petrum, anno Incarnat. Domini, milleſimo quingenteſimo octuageſimo octauo. Nonis Ianuar. Pont. noſtri Anno quinto.

Nos animaduertentes, in dictis litteris nihil ferè quoad ea quæ in ordinum collatione ſeruanda ſunt, diſponi, vltra id quod in ſacris canonibus, & in Concilio Trid. Decretis, ac aliorum Rom. Pont. prædeceſſorum noſtrorum Conſtitutionibus diſpoſitum fuit, ſed diuerſas pænas, & cenſuras Eccleſiaſticas contra Epiſcopos, & alios Prælatos in Ordinum collatione peccantes, & ſimiliter contra Clericos, tam ſæculares, quam cuiuſuis ordinis, inſtituti, & militiæ regulares, malè promotos conſtitui, abſolutionemque, & diſpenſationem Sedis Apoſtolicæ reſeruari, & alias ſicut in præfatis litteris continetur; conſiderantesque, tam promouentes, quam eos, qui ad dictos ordines promouentur ſæpè cenſuris, & pęnis huiuſmodi, ob illarum multiplicitatem, in eorum perniciem animarum, varijs modis illaqueari; nonullos ex prælatis, & Epiſcopis in conferendis huiuſmodi ordinibus, nimis ſcrupuloſè procedere, multoſque metu pænarum, & cenſurarum præfatarum, ab ordinum collatione prorſus deterreri; adeo vt Clericorum, & Sacerdotum numerus propterea aliquibus in locis valde imminutus ſit, omnium in præmiſſis ſecuritati, ac animarum ſaluti paterna charitate proſpicere volentes, Motu proprio, & ex certa ſcientia, noſtris, ac de Apoſtolica poteſtatis plenitudine, ac noſtra perpetuò valitura conſtitutione ſupradictas litteras ad terminos ſacr. Canonum, ac Conſtitutionis recol. mem. Pij Papæ II. etiam prædeceſſoris noſtri, quæ incipit, Cum ex ſacrorum ordinum, ſub dat. videlicet xv. Kal. Decemb. Pont. ſui, ann. 4. cuius tenorem præſentibus pro expreſſo haberi volumus, & ad diſpoſitionem Decretorum Sacri Concilij Trid. reſtringimus, & reducimus; nec non cenſuras, & pęnas in eiſdem Sixti literis contra quoſcunque, præterquam contra Simoniacę ordinantes, & ordinatos inflictas (quam volumus in ſuo robore permanere) alijs etiam pęnis, & cenſuris per eoſdem Canones, ac Conſtitutionem Pij II. Conciliumque Trid. iniunctis, ſaluis, & firmis remanentibus, moderamus, & abolemus. Decernentes ſic, & non aliter, per quoſcunque Iudices, & Commiſſarios, quauis authoritate fungentes, etiam eiuſdem Rom. Curiæ Cardinales, & cauſarum Palatij Apoſt. Auditores, ſublata eis, & eorum cuilibet, quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & authoritate vbique iudicari, & definiri debere; irritum, quoque & inane quidquid ſecus ſuper his à quoquam, quauis auctoritate, ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obſtantibus, &c. Dat. Rom. apud Sanctum Petrum. Anno Incarnat. Domini 1595. prid. Kalen. Mart. Pont. noſtri Ann. Quinto.

Cum Simoniaco demum in beneficio, ſi fuerit occultum ſcelus, poteſt Epiſcopus diſpenſare, non tamen ad retinendum beneficium per ſimoniam huiuſmodi quæſitum. Nau. de Sim. conſ. 97. nu. 5. qui, diſpenſari poſſe in caſu iſto, tenet, etiam ſi circa hoc deliquerit ipſemet Epiſcopus, ibi, n. 12. Manifeſta autem, ſeu publica ſimonia per ſolum Papam diſpenſatur, niſi fuerit commiſſa ignoranter; tunc enim adhuc diſpenſari poſſet per Epiſcopum, cap. de Simoniacè, iunct. Gloſ. ver. remanere, & cap. nobis, cum Gloſ. verb. diſpenſationem, de Simon. Nauar. loco cit.

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopus qualiter diſpenſet cum illegitimis; & an cum non ſubditis, nu. 2. & declara, vt nu. 4. 5. & 6.*

3 *Diſpenſare an poſſit Epiſcopus cum illegitimis, quoad beneficia curata, ſi adſit magna cauſa.*

8 *Diſpenſatus à ſuo Epiſcopo, vt poſſit ordinari, & & retinere beneficium, poteſt retinere beneficium, etiam in aliena diæceſi.*

An

Digitized by Google

An Epiſcopus poſſit diſpenſare cum illegitimis, quo ad ordines, & beneficia.

RESOLVTIO XII.

1 Epiſcopus cum illegitimis, quo ad primam tonſuram, ordines minores, & beneficia ſimplicia diſpenſare poteſt, c. 1. de filijs presbyterorum in 6. c. 1. 56. diſtinc. c. per venerabilem, Qui filij ſint legitimi. Gigas, de penſionibus, qu. 17. Pariſ. conſ. 136. vol. 4. Ferret. in conſ. 185. nu. 6. Nauarr. in conſ. 45. de homicidio.

2 Declara primo, procedere de Illegitimo ſubdito; Nam Epiſcopus, nec minores ordines, nec ſimplex beneficium conferre poteſt illegitimo non ſubdito. Nauarr. conſ. 27. de temporibus ordinationum, Bal. in conſ. 81. Dec. in conſ. 57. vol. pr. Sanctarell. variar. reſolut. reſolut. 41.

3 Declara ſecundo, vt poſſit diſpenſare Epiſcopus cum illegitimo, quo ad dignitates, & beneficia curata, ex magna cauſa neceſſitatis, & vtilitatis Eccleſiæ. Roman. conſ. 325. num. 7. Coſta in memorabilibus, verb. Epiſcopus, Paleott. de nothis, cap. 57. nu. 6.

4 Declara 3. non procedere, quoties adeſſet in loco Statutum particulare à Summo Pontifice confirmatum, quo prohibetur ne vllus illegitimus poſſit ad beneficium ſimplex promoueri, tunc Epiſcopus non poteſt cum illegitimo diſpenſare, vt illud conſequatur, ita Sayr. lib. 6. de cenſuris, cap. 9. num. 9. & Tabiena in Summa, verb. Beneficium, 2. nu. 17.

5 Declara quarto, dummodo beneficium ſimplex non ſit paternum; quia tunc Epiſcopus diſpenſare nequit. Gloſ. in c. primo, de filijs presbyteror. in 6. Abb. in c. nimis, num. 2. eod. tit. Sayr. de cenſuris, lib. 6. cap. 11. num. 11. Extat etiam ad hoc, Bulla Clemen. 7. edita anno 1530. in ſua Conſtitutione, quę eſt 36. & Concilium Trident. ſeſſ. 25. cap. 15.

6 Declara quinto non procedere, vbi beneficium ſimplex haberet annexam Eccleſiam curatam; ita Gloſ. 12. in c. 1. de filijs presbyterorum. Tabienna de verb. Beneficium, 2. §. 14. in fine Sanctarell. vbi ſupra.

7 Declara 6. vt nec etiam cum illo poteſt diſpenſare, vt poſſit retinere duo beneficia ſimplicia; Ita Dominicus, in cap. vltim. de filijs presbyt. in 6. nu. 8. & ibi Franc. nu. 4. Auila de cenſuris, par. 7. diſp. 3. dub. 6. concl. 2. Tolet. lib. 1. cap. 52. in fine Sylu. verb. beneficium, 3. nu. 17. Azor. tom. 2. lib. 6. cap. 3. quæſt. 12. Addens hoc eſſe verum, etiam quando vnum non ſufficeret ad ſuſtentationem, Armilla verb. Beneficium, nu. 32. Valentia, tom. 4. diſp. 7. quæſt. 9. punc. 3. in ſecunda ſpecie de irregularit. Zerola in praxi 1. parte, verbo, Ord. non longe à fine, Barboſa, de offic. Epiſcop. p. 2. allegat. 45. num. 28. Sanchez. de Matrim. lib. 8. diſp. 51. nu. 6. & 11. Et cum in capite 1. de filijs presbyter. in 6. conceditur Epiſcopo, vt poſſit cum illegitimo diſpenſare ad obtinendum beneficium, cui cura non imminet animarum, loquitur text. in ſingulari; & cum ſimus in materia prohibitiua, non extenditur ad plura, iuxta capit. gaudemus, de diuortijs, quamuis contrarium videantur ſentire, Gloſ. 2. in dict. cap. final. de filijs presbyter. in 6. Selua de benefi. par. 3. quæſt. 12. nu. 19. Menoch., de arbitrar. lib. 2. caſu 201. nu. 156.

8 Declara ſeptimo, vt qui eſt diſpenſatus à ſuo Epiſcopo, non obſtante illegitimatione, poſſit ſuſcipere ordines minores, & beneficium ſimplex, eo ipſo eſt diſpenſatus, vt beneficium poſſit obtinere etiam in Diœceſi alterius Epiſcopi; ita Henriq. lib. 14. cap. 8. §. 10. in fine, Maiol. lib. 8. de irregular. cap. 8. nu. 8. & 9. Summa Confeſſor. lib. 3. tit. 19. quæſt. 15. in fine, Angelus, verbo, Legitimus, quæſt. 7. verſ. 1. Sayrus lib. 6. de cenſuris, cap. 11. nu. 12. vbi etiam notat cum Paludano in 4. diſtin. 41. quæſt. 3. art. 3. concluſ. 1. Epiſcopum conferentem ordines, & beneficium ſcienter illegitimo, eo ipſo cum illo diſpenſare.

Declara octauo, vt Epiſcopus non poſſit diſpenſare cum illegitimo, vt poſſit obtinere dignitates, & perſonatus, etiam ſine cura, ita Gloſa in c. 1. de filijs presbyt. in 6. verbo Beneficium, & ibi Dominic. nu. 8. Franc. in 6. Molina tom. 1. de iuſtit. diſp. 173. Leſſius, de iuſtit. lib. 2. cap. 34. nu. 86. Suarez, tom. 5. de cenſur. diſp. 80. ſect. 5. num. 6. Trottus de vero, & perfecto clerico, lib. 2. cap. 2. nu. 1. Roſella, verbo Illegitimus, n. 11. Syl. ver. Beneficium, 3. nu. 12. Armilla eodem verbo, nu. 25. Mandoſ. de Signatura gratiæ, in tit. de diſpẽſat. ſuper defect. Natal. verſic. ad dignitates, Maiol. de irregular. lib. 1. cap. 8. num. 10. Roſiniacus de benefic. cap. 13. numer. 28. Petr. Gregor. de benefic. cap. 35. num. 7. Auila de cenſur. part. 7. diſp. 3. dub. 6. concluſ. 2. Azor. tom. 2. lib. 6. c. 3. q. 12.

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopus nequit diſpenſare ſuper defectu ætatis.*
2 *Abſoluere poteſt, Epiſcopus à ſuſpenſione incurſa ob aſcenſionem ad ordines, ante perfectam ætatem.*

An

An ſuper defectu Ætatis, Epiſcopus diſpenſare poſſit.

RESOLVTIO XIII.

1 SVper defectu Ætatis Epiſcopus diſpenſare non poteſt, vt probat tex. in cap. vel non eſt compos, de temporibus ordinantionum, & hæc eſt communis ſcribentium ſententia, vt refert Piaſec. in Prax. Epiſcop. cap. 67. Mandoſ. in prax. Signaturę gratię, in tit. de diſpenſat. ſuper defectu ætatis, in princ. Licet Hoſtienſ. in ſumma, de ætate, & qualitate, quo ad ætatem indiſcretam tantum, diſpenſationem prohibitam eſſe Epiſcopis velit, Ta-
2 men propter nouam prohibitionem Pij II. ſupra relatam, dubitari hodie non poteſt, facultatē hanc non cōpetere Epiſcopo, niſi ex poſtfacto; vt videlicet poſſit abſoluere à ſuſpenſione incurſa, poſtquam Ordinatus ante ætatem, peruenerit ad ætatem legitimam; quod dubio procul, poteſt; cum eius abſolutio non ſit reſeruata Pontifici Maximo, vt fuiſſe per Sacram Eminentiſſimorum Cardinalium Congregationem declaratum, teſtatur Leo, in ſuo Theſauro Fori Eccleſiæ, cap. 23. num. 53. vt refert Piaſecc. vbi ſupra, in fine.

Et ad comprobationem ſupradictę opinionis, adducitur tex. in c. dilectus, de temporibus ordinationum, Gloſſ. in Clem. generalē, & ibi Card. in 7. quæſt. & ibidem Imol. de ætate, & qualitate, & ſimilem Gloſſam habemus in c. cum dilectus in verb. in ætate, de electione.

SVMMARIVM.

1 *Clericus adminiſtrans ordinem, quem non habet, deponitur.*
2 *An Epiſcopus diſpenſare poſſit cum eo,*

An Epiſcopus poſſit diſpenſare cum Clerico non ordinato miniſtrante?

RESOLVTIO XIV.

1 CLericus non ordinatus miniſtrans in ordine, quem non habet, deponitur ab ordine ſuſcepto, & amplius non eſt ordinandus; Et per Bullam Clement. 8. ſi celebrat Miſſam, vel audit Confeſsiones, traditur Curie ſeculari, propter idolatriam, & magnum animarum periculum; quæ Bulla eſt apud omnes preceptum ſecundum Leyuam in ſuo Examen Epiſcoporum lib. 1. tit. 24. Licet hodie puniatur ſolum in triremibus per eumdem vbi ſupra; allegat text. in cap. 1. de Clerico non ordinato miniſtrante; & talis ſic miniſtrans, efficitur irregularis maximè ſi ſolēniter exercet, vt Nauarrus cap. 23. num. 242. Tolet. lib. 1. cap. 72. Suarez diſp. 42. ſect. 4. & 5. apud quem multos videre potes.
2 His ſic poſitis, Dico, poſſe Epiſcopum cū Clerico non ordinato miniſtrante, diſpenſare peracta penitentia, quoad ordines ſuſceptos, & beneficiū, quod habebat, ſed quoad ordines ſuſcipiendos non poſſe, Abb. in c. ex litteris, n. 3. eod. tit. & Innocent. in c. dilectus, de tempor. ordination.

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopus non diſpenſat cum illegitimo ad Ordinem ſacrum.*
2 *Item nec ad obtinendum Canonicatum Cathedralis Eccleſiæ,*
3 *Beneficium curatum non venit ſub nomine Beneficij,*

An Epiſcopus poſſit diſpenſare poſt Concilium cum illegitimo, ad obtinendum Canonicatum Eccleſiæ Cathedralis.

RESOLVTIO XV.

1 EPiſcopus poſt Concilium Triden. non poteſt diſpenſare cum illegitimo ad obtinendum Canonicatum Eccleſiæ Cathedralis, nam cum Concilium ſeſſ. 24. de reformatio. cap. 12. requirat, vt, qui obtinet talem Canonicatum, habeat aliquem ordinem Sacrum; & cum Epiſcopus non poſſit diſpenſare cum illegitimo ad ordinem aliquem ſacrū, conſequenter nec cum eo poteſt diſpenſare ad obtinendum Canonicatum Eccleſiæ Cathedralis; & ita docent Henriq. lib. 14. cap. 8. §. 10. in fine, Leſſius lib. 2. de iuſtit. c. 34. nu. 86. Maiol. de irregularit. lib. 1. cap. 8. nu. 11. Auila, de cenſur. par. 7. diſput. 3. dub. 6. verſ. tertio notandum eſt, Zerola in praxi Epiſcopali, par. 1. verbo Canonici, §. 3. Sayr. de cenſur. lib. 6. cap. 11. nu. 13. Garzia de beneſ. par. 7. c. 2. nu. 65. Imo nec poterat ante Concilium Trid. Epiſcopus diſpenſare cum illegitimo ad obtinendum canonicatum Eccleſiæ Cathedralis, ita Io. Monach. in cap. 1. de filijs presbyter. in 6. nu. 7. Rebuff. in prax. tit. de diſpenſationib. ſuper defectu natalium, nu. 10. & ſeq. Zerola in praxi Epiſcopali, par. 1. verbo Canonici, §. 3. Vgolin. de irreg. cap. 44. §. 2. nu. 3. Felinus in cap. poſtulaſti, de reſcript. num. 4. Coſmas, in pragm. ſancitus tit.

tit. de collatio. §. item cenſuit, verb. Cathedralibus. Sic etiam videtur ſentire Rota, deciſ. 2. de filijs presbyteri. in nouis; alias 126. & deciſ. 3. de offic. ordinarij, in antiquis; alias 408. Bellamera deciſ. 362.

Quando verò Epiſcopus diſpenſat cum illegitimo, ad obtinendum beneficium ſimplex, non cenſetur vigore huius diſpenſationis, concedere illi, vt poſſet obtinere Canonicatum Eccleſiæ Cathedralis, niſi expreſsè diſpenſaſſet ad illum, vt bene notant Franc. in cap. 1. de filijs presbyter. in 6. nu. 6. Aulla, de cenſuris, par. 7. diſput. 3. dub. 3. notabili 3. Campanil. in diuerſorio iuris, rubric. 11. cap. 13. nu. 82. Nauarr. conſil. 4. de filijs presbyter. in fine, vbi ait, licet Epiſcopus poſſit diſpenſare cum illegitimo, ad omne beneficum ſimplex, & ita etiam ad canonicatum Eccleſiæ Cathedralis, ſecundum opinionem Archidiaconi, communiter receptam in cap. 1. & 2. de filijs presbyt. in 6. non tamen videtur diſpenſare ad talem Canonicatum, niſi id exprimat; Barb. de officio Epiſcop. par. 2. allegat. 45. n. 32. quia ſub nomine beneficij
3 non intelligitur beneficium curatum, nec dignitas, nec Canonicatus Eccleſiæ Cathedralis, vt obſeruant Rebuffus, in praxi, titulo, quid ſit beneficium, & de diſpenſatione ratione ætatis, verbo, etiam ſi curam habeant animarum; & de diſpenſation. ſuper defectu natalium, n. 51. & ſequentib. Rota dec. 2, de filijs presbyt. in nouiſ. Ferrett. conſil. 12. n. 22. Selua de benefic. par. 3. quæſt. 11. 21. qualitate, n. 38. Menoch. de arbitr. lib. 2. caſu 201. n. 62. Franc. March. par. 1. deciſ. 525. n. 17. Corraſ. 1. par. cap. 5. n. 4. de benefic.

S V M M A R I V M.

1 *Portiones dimidiæ intus Cathedrales poſſunt retineri per illegitimum ex diſpenſatione Epiſcopi.*

2 *Epiſcopus diſpenſat cum illegitimo, ut poſſit retinere Canonicatum Eccleſiæ Collegiatæ.*

An Epiſcopus poſſit diſpenſare cum illegitimo, vt poſſit obtinere dimidias portiones.

R E S O L V T I O   X V I.

1 Epiſcopus poteſt diſpenſare cum illegitimo, vt poſſit obtinere dimidias portiones, ſeu inferiora beneficia Eccleſiæ Cathædralis; ita Gonzalez in regul. 8. Cancell. gloſs. 5. n. 98. Gomez de expectatiuis, n. 98. Pariſ. lib. 2. de reſignat. quæſt. 1. n. 117. Bellettus par. 1. diſquiſ. Clerical. §. 3. n. 25. Garzia de benefic. part. 7. cap. 2. n. 69. Rota ſic etiam cenſuit, teſte Gonzalez, loco cit. n. 99. nam dimidiæ portiones ordinem ſacrum non neceſſario poſtulant, ſicut nec illam ætatem, quam debet habere is, qui ad ordines ſacros promouetur, ita Barb. n. 23. Gonzalez. n. 92. & ſeqq. Garzia part. 7. cap. 4. nu. 38. Item Epiſcopus poteſt diſpenſare
2 cum illegitimo, vt poſſit obtinere ſimplex beneficium, vel canonicatum Eccleſię collegiatæ, vel dimidias portiones, vel inferiora beneficia Eccleſiæ Cathedralis, quamuis illis eſset annexum alterum beneficium curatum, ita Gonzalez in regul. 8. Cancellar. gloſsa 5. §. 7. n. 18. Bellettus dicto §. 3. n. 34. qui citat Geminianum in cap. 1. de filijs presbit. in 6. n. 12. Rebuffum in tract. de nominatio. quęſt. 16. n. 27. ſic etiam ſentit Azor. par. 2. lib. 6. cap. 3. quęſt. 14. vbi ait, hanc opinionem magis videri cum ipſo iure, & rationi congruere, quam alteram; quia inquit, quod accedit alteri, ſequitur conditionem, & naturam principalis; ſecus vero eſset, ſi beneficium curam animarum habens ad ſe traheret beneficium ſimplex. Campanil. in diuerſorio iuris canon. rubric. 11. cap. 13. n. 83. Gratian. diſceptat. Forenſ. cap. 273. n. 47. tom. 2.

S V M M A R I V M.

1 *Epiſcopus diſpenſat cum eius ſubdito, promotò ab alieno Epiſcopo, & an talis diſpenſatio videatur potius ratificatio, nu. 2.*

An Epiſcopus poſſit diſpenſare cum eius ſubdito, promoto ab alieno Epiſcopo.

R E S O L V T I O   X V I I.

1 Vtique poſſe à proprio Epiſcopo diſpenſare, habetur in c. fin. 9. quæſt. 2. ſequitur Cabedo, multos alios citans, in conſil. 181. num. 9. vol. 2. & ita cenſuit Rota, apud Guidobon. in deciſ. 99. & Cotta in deciſ. 66.
2 Licet ſint, qui voluerunt, talem, non diſpēſationem, ſed ratihabitionem appellari, per Gloſſ. in cap. 1. verb. ordinatus, 71. diſtinct. Probus in cap. 1. de temporibus ordinationū, in 6. Anchar. in cap. ratihabitionem, de regulis iuris in 6. & Maiol. in tractat. de irregularitate, lib. 4. cap. 10. nu. 1. Cuius concluſionis ea eſt ratio; quoniam prædictus ſic promotus ſuſpenſus erit à ſuſceptorum ordinum adminiſtratione, quatenus, & quamdiu proprio Ordinario videbitur expedire; iuxta Sacr. Concil. cap. 8. ſeſſ. 22. de Reform.

Nec

Nec obſtat Bulla Pij II. Incip. Cum ex Sacrorum; in qua videtur fundatum, non poſſe taliter ordinatum, à ſuo Ordinario diſpenſari.

Quia reſpondetur illam moderatam fuiſſe per Clement. VIII. in ſua Bull. Incip. ad Romanum Pontificem decet; nec non illi fuit derogatum per Concilium Tridentinum d. cap. 8. ſeſſ. 22. de Reformat. vt aduertit Guttierez canonic. quæſt. lib. 1. cap. 26. num. 25.

PRAXIS

Vſus Pontificalium.

SVMMARIVM.

1 *Refertur Concilium Tridentinum.*
2 *Pontificalium exercitium reſpicit iuriſdictionem contentioſam.*
3 *Epiſcopus egrediens ſuam Prouinciam, dicitur priuatus.*
4 *In collatione Ordinum Epiſcopus vtitur Pontificalibus.*

Pontificalia cur in aliena Diœceſi exerceri non poſſunt, abſque licentia ipſius Ordinarij.

RESOLVTIO I.

1 Sacroſanct. Concil. Trident. *Seſſ. 7. c. 5.* ſic ait. *Nulli Epiſcopo liceat cuiuſuis priuilegij prætextu, Pontificalia in alterius Diœceſi exercere, niſi de Ordinari loci expreſſa licentia, & in perſonas eidem Ordinario ſubiectas tantum; ſi ſecus factum fuerit, Epiſcopus ab exercitio Pontificalium; & ſic ordinati ab executione ordinum ſint ipſo iure ſuſpenſi.*

2 Cuius Sanctæ diſpoſitionis ratio eſt; quoniam Pontificalium exercitium non voluntariam, ſed contentioſam reſpicit iuriſdictionem; & propterea abſque Superioris loci licentia vti minime poteſt, iuxta tradita communiter, in l. extra territorium, ff. de iuriſdictione omnium iudicum, c. vt animarum, de conſtitutionibus, & c. nouit, vbi omnes, de officio legati, & Bald. in l. ſi ex conſenſu, num. 10. C. de Epiſcopali audientia, qui ait, non poſſe Epiſcopum, ea quę contentioſam reſpiciunt iuriſdictionem, extra territorium exercere. Sequitur Abb. in cit. cap. nouit. nu. 4. de Offitio legati.

3 Quare Epiſcopum egredientem Prouinciam ſuam haberi pro priuato, colligitur ex l. 3. ff. de officio præſidis; Gemin. in c. Epiſcopum, 9. quæſt. 2. præſertim in iuriſdictione contentioſa; ſecus in voluntaria, vt per ſupra citatos Doctores, quos commemorat, Gratian. in deciſ. 98. num. 12.

4 Et ex ſupra allegata ratione concludunt Doctores, Epiſcopum non poſſe conferre ordines, etiam proprijs ſubditis, in aliena Diœceſi. Alex. in l. fin. ff. de iuriſdictione omnium iudicum; quia, ex quo Miniſterium Sacrorum Ordinum fit ab Epiſcopis celebrantibus diuina Offitia, indutis veſtibus Pontificalibus; propterea requiritur conſenſus Diœceſani, Gloſ. in Clement. vltima, in verb. Pontificalia, de priuilegijs. Abb. in c. ex tuarum, nu. 9. de auctoritat. & vſu pallij. Couar. lib. 2. variar. reſolut. cap. 20. nu. 9. vbi etiam ſubdit, ſecus eſſe in prima tonſura, vt per Rebuffum, de nominatione, quæſt. 14. num. 19.

SVMMARIVM.

1 *Benedictio cōprehenditur ſub vſu Pontificalium.*
2 *Inſignium Pontificalium ſub nomine, quænam contineantur, & nu. 3.*
4 *Mantellectus quęnam veſtis ſit.*
5 *Baculus, & Crux poſſunt deferri per Archiepiſcopum, in Diœceſi Suffraganeorum.*
6 *In aliena Diœceſi poteſt Epiſcopus facere ſibi deferri caudam; & cur ibid.*

Pontificalium Appellatione, quænam veniant, vt vſus illorum extra Diœceſim, Epiſcopis ſit prohibita?

RESOLVTIO II.

1 Pro verificatione iſtius Concluſionis, ſciendum eſt, quod vſus iſte Pontificalium comprehendit benedictionem; eam ſcilicet, quam paſſim Epiſcopi facere ſolent inter ambulandum, & itinerandum, tùm pedeſtres, tùm equeſtres, tùm Pontificalibus veſtibus veſtiti, tùm alijs quibuſcunque; per ea quæ Bonifac. notat, in dict. Clem. num. 58. & Alexander de Neuo, in addit. ad Abb. in cap. antiqua, de priuileg. fauetque textus in cap. Abbates, dicto titul. in 6. Illam quoque poſt celebra-

celebrationem miſſarum concludunt, quæ fit cum verſiculo, Sit nomen Domini benedictum; quam eſſe ſolemnem benedictionem aiunt Gloſsę in dictis cap. Abbates, & Clem. Archiepiſcopo, ac Franciſc. Marcus deciſ. 1079. tom. 1.

2 Et ſub nomine inſignium Pontificalium affirmo contineri mitram, Chirothecas, Baculum, Dalmaticas, & Sandalia; teſtatur Moſconius in ſuo tract. de Maieſt. Milit. Eccleſ. par. 1. lib. 1. cap. 8. verſ. Ornamenta; qui multa de his edifferit inſignibus. Addo Mozzettam, Cappam Pontificalem, Galerum, quem dupplicis formæ habere oportet, alterum quo in ſolemnioribus equitationibus vtantur, alterum ſimpliciorem: Vtrumque tamen ex lana, & ſerico viridi exornatum, iuxta modum in Cerimoniali deſcriptum, lib. 1. cap. 5. Demumque addo Mantellettum, & Rocchettum,

3 Item veniunt dictus Mantellectus, & Rocchettum, quamuis & illis vtantur, ex priuilegio, non Epiſcopi.

4 Quiquidem Mantellectus eſt ſpecies veſtis, ita appellatæ, quam ſuper veſtem inferiorem talarem induet; eamque breuiorem, & apertam, vt per ſciſſuram brachia extrahi poſſint, vt ex eodem Cerimoniali lib. 1. capit. 1. liquet; quamque vbique terrarum deferre poſſe, & coram quibuſcunque, certum eſt; ac non niſi violacei coloris, aut nigri pro tempore eſſe conuenit; quemadmodum, etiam veſtis inferior. Rocchettum præterea eos geſtare, etiam in omni loco poſſe, non ambigitur, ſicuti, & Galerum ſimplicem, necnon, & inſigniorem, ſi aliqua ſupperat cauſa rationbbilis; Mozzettam vero, non niſi in Diœceſi, & Archiepiſcopus etiam in Prouincia; quin, & in Synodo Prouinciali omnes Epiſcopi Comprouinciales, ſicuti Archiepiſcopus in Congregationibus celebrationis Concilij etiam cum Rocchetto diſcooperto, per cap. 3. ejuſdem Cerimonialis, lib. 1. Cappam vero Pontificalem non niſi in proprijs locis induant, & in Romana Curia, cum in Diuinis, Pontifice Maximo, vel Sacro Cardinalium Collegio præſente, aſſiſtunt, extra proprium territorium; quemadmodum & baculo; capitulo 17. eiuſdem lib. 1. quo loci non additur, vſum baculi fieri tantum in Diœceſi, vt inferat, id ipſum non contingere in vſu Mitræ, ſed ad oſtendendum, vſum Mitræ concedi poſſe per Ordinarium in ſua Diœceſi, non autem baculi, cuius vſus neque expreſsè permitti poſſit ab Epiſcopo loci, niſi in his, in quibus ex præſcripto ordine in Pontificali, neceſſario requiritur Baculus, nempè in Ordinibus conferendis, & alijs; nam tunc conceſſo principali, neceſſario, & acceſſorium datum cenſetur, iuxta ea, quæ latè reaſſumit Nouarius in ſuo nouo tract. de elect. & variat. 5 fori, quæſt. 7. à nu. 9. cum ſequenti, ſectione 1. In locis verò exemptis, tùm Epiſcopo Baculum, tùm Archiepiſcopo Crucem deferendi ius eſſe, probat Grat. diſcept. forenſ. tom. 3. cap. 467. num. 2. & 6. vbi nu. 69. & deciſ. 29. num. 4. affirmat, Epiſcopum poſſe facere 6 ſibi deferre cauſam in aliena Diœceſi, quoniam huiuſmodi actus potius ad grauitatem, quam ad ſuperioritatem ſpectat. Abb. in cap. Antiqua, de priuileg. Syluester, in ſumma, in verbo Patriarca. Quidquid contrarium attentauerit Maiol. de Irregularit. libr. 2. cap. 2. ſub num. 2.

SVMMARIVM.

1 *Capitulum Sede Vacante habet omnia iura, quæ & Epiſcopus viuens.*

2 *Capitulum ſuccedit Epiſcopo in omnibus concernentibus iuriſdictionem.*

3 *Capitulum Sede Vacante, poteſt dare licentiam exercendi Pontificalia, Epiſcopo, in eius Eccleſia.*

Licentiam exercendi Pontificalia in aliena Diœceſi, an poſſit concedere Capitulum Sede Vacante.

RESOLVTIO III.

1 Dubium inducebant verba S.C.T. relata ibi (Niſi de ordinarij expreſſa licētia,) quæ non poterant adaptari Capitulo, quaſi quod appellatione Ordinariorum, non veniat Capitulum.

Cæterum Contrariam Sententiam tenendam eſſe putaui; ſiquidem Capitulo competunt omnia, quæ Epiſcopo viuenti; vt per Gloſ. in Clem. 1. de hæreticis, in c. ad abolendam, vbi Gloſ. in ver. Sede Vacāte, eod. tit. & lauiſſimè Pariſ. de reſignatione beneficiorum, lib. 7. quæſt. 23. & ſuccedere in omnibus concernentibus, tam iuriſdictionem ordinariam,

2 contentioſam, quam voluntariam. Bellam. conſ. 29. num. 13. Marcſcot. lib. 2. q. 15. Guttierez lib. 1. canonic. quæſt. cap. 11. Nouarius forenſ. quæſt. 103. lib. 1. Et iuxta hanc opinionem, cenſuit Sacra Congregatio per ſequentia verba.

3 *Capitulum Sede Vacante, poteſt concedere licentiam extero Epiſcopo, exercendi Pontificalia in eius Eccleſia, & Ordines conferendi, tam Clericis illius Diœceſis, quam alterius; iuxta tamē formam huius decreti, quæ exteris habentibus dimiſſorium*

miſſoriam ſuorum Epiſcoporum, facultatem non negat Ordines recipiendi ab Ordinario, legitimam ad id poteſtatem habente.

SVMMARIVM.

1 *Vicarius Capitularis non poteſt concedere licentiam exercendi Pontificalia Epiſcopo extero.*
2 *In Generali Mandato non veniunt, quæ ſunt de maioribus.*
3 *Poteſt Vicarius dare eam licentiam, ſi ſpecialem habeat commiſſionem.*
4 *Affertur Deciſio Sacræ Cong. Concil. in propoſito.*

Licentiam exercendi Pontificalia, an poſſit concedere Vicarius Generalis Epiſcopi.

RESOLVTIO IV.

1 Vicarius Generalis Epiſcopi minimè poteſt hanc exercendi Pontificalia, licentiam, concedere; vt voluerunt Abb. in cap. ex tuarum, num. 2. de auctoritate, & vſu pallij. Menoch. in conſ. 27. num. 6. & ſequ. volum. 1. Sbrozz. de Officio Vicarij, libr. 2. quæſt. 7. numer. 2.

2 Cuius concluſionis ratio eſt, quia in generali mandato, non veniunt illa, quæ ſunt de maioribus; pro vt eſt Pontificalium vſus, cap. fin. vbi communiter omnes, de Officio Vicarij, lib. 6. cap. quo ad tranſlationem, de Officio Legati. Card. in Clem. 1. num. 19. de Officio Vicarij, c. nemo, de conſecratione, diſt. 3. latè Couarruu. lib. 3. variar. reſolution. cap. 20. num. 1.

3 Limitatur tamen Concluſio principalis; vbi Vicarius haberet ad hoc, ſpeciale mandatum; quia tunc benè poſſet vſum Pontificalium concedere, ſecundum Calder. in conſil. 3. de Officio Vicarij. Bero. conſ. 83. num. 51. vol. 1. Tuſchus, de Viſitatione, cap. 23. num. 33. lib. 2. Cuccus Inſtit. Canonicar. de Vicario Epiſcopi, num. 119. Rebuff. in prax. beneficiali, num. 31. cum plurib. ſeqq.

4 Et ita cenſuit Sacra Congregatio Concilij, per ſequentia verba. *Sacra Congregatio cenſuit, Vicarium Epiſcopi non poſſe concedere hanc licentiam, niſi habeat ſpeciale mandatum.* Per Gloſſ. in cap. cum nullus, in verb. Extendatur, de temporibus ordinationum, in 6.

SVMMARIVM.

1 *Inferior poteſt, quæ Epiſcopus, quoties habet territorium.*
2 *Inferior vocatur Epiſcopus in ſuo diſtrictu.*
3 *Non poteſt tamen inferior concedere licentiam exercendi Pontificalia.*
4 *Adducitur Declaratio Sac. Congregationis.*

Prælatus inferior exemptus an poſſit concedere hanc facultatem exercendi Pōtificalia in ejus Territorio.

RESOLVTIO V.

1 Dubitatio quandoque orta fuit, ſi huius facultas concedendi vſum Pontificalium, poſſit eſſe penes Prælatum exemptum? Et videbatur affirmandum, ex eo quod Prælatus exemptus quoties habet diſtinctum territorium, poteſt quidquid poteſt Epiſcopus. latè Sanchez, de Matrimonio, lib. 3. diſp. 29. Moneta, de commutatione vltimarum voluntatum, c. 5. n. 443. & Rota in dec. 324. nu. 1. p. 1. in recent.

2 Et ratio eſt, quia ipſe quoque Ordinarius rectè nuncupatur, & voluit Gloſſ. ſolemnis, ac communiter recepta, in cap. Ordinarij, vbi Dominicus, & Franch. de Officio Ordinarij, in 6 Seraph. in Deciſ. 1057. & in Deciſ. 1138.

3 Cæterum Sacra Eminentiſsimorum Cardinalium Congregatio contrarium cenſuit, ad Sacroſanct. Concil. Trident. In verſ. ibi:
4 *De Ordinarij loci expreſſa licentia*; per infraſcripta verba: *Non poteſt Prælatus inferior etiã exemptus, huiuſmodi licentiam concedere, ſed Ordinarius loci quo ad hoc intelligitur Epiſcopus in cuius Diœceſi locus eſt conſtitutus.*

SVMMARIVM.

1 *Inſignia Pontificalis dignitatis quænam ſint.*
2 *Pontifex poteſt concedere inferiori vſum inſignium Pontificalium.*
3 *Epiſcopus Titularis poteſt exercere Pontificalia de licentia Ordinarij.*
4 *Vſus Pallij, ab Archiepiſcopo alteri concedi non poteſt.*
5 *Vicarius Generalis non poteſt ſine ſpeciali mandato, dare licentiam extero Epiſcopo, exercendi in Diœceſi Pontificalia.*

An vſus Pontificalium poſſit concedi per Epiſcopum alteri non exiſtenti in dignitate Epiſcopali.

RESOLVTIO VI.

1 Mitra, Baculus paſtoralis, Annulus, Sādalia, Dalmatica, & Chirotheca ſunt ornamenta, & inſignia Pontificalis Dignitatis, ſecundum Gloſſ. in cap. vt Apoſtolicæ, & ibi

ibi Doctóres, de priuilegijs, in 6. & competunt Epiſcopo ratione ſuæ dignitatis, dict. c. vt Apoſtolicæ, & ibi Doctores, Abbas, in c. accedentibus, num. 2. extra de exceſſ. prælat. cum adductis late per Caſſan. in Catal. Gloriæ mundi, p. 1 conſid. 2. poſt Durand. in Ration. Diuin. offi. lib. 3. de Mitra. Burſat. in cõſil. 125. in Arbore Eccleſ. poteſtat. volum. 1. Cucc. Inſtitut. iur. canonic. de Epiſcop. num. 377. cum ſequ.

Quæro in propoſito, An Epiſcopus committere poſsit eius Vicario vſum illorum Põtificalium? Reſpondeo, quod non; Quia
2 ſolus Pontifex concedere poteſt inferiori Prælato vſum dictorum ornamentorum; non autem Epiſcopus, d. c. accedentibus, num. 2. Sylueſt. in ſumm. in verb. Epiſcopus, num. 9. in princ. Et quamus vſus Pontificalium, tamquam dignitatis Epiſcopalis, Vicario committi poſsit ab Epiſcopo, vt probatur in dict. cap. accedentibus, vbi Abb. nu. 2. & alij poſt eum; Vſus tamen Mitræ, & prædictorum Pontificalium, quæ ſunt inſignia, & ornamenta dignitatis Epiſcopalis, ſecundum Gloſſ. & Doct. in d. cap. vt Apoſtolicæ; concedi non poteſt, inferiori ab Epiſcopo, niſi per Summum Pontificem. Secundum Abb. & Sylueſtr. in locis adduct.

Declaratur, niſi Vicarius eſſet Epiſcopus; quia tunc de licentia Epiſcopi exercere poſſet vſum prædictorum Pontificalium; Nam,
3 ſi Epiſcopus etiam titularis, in aliena diœceſi poteſt exercere Pontificalia de licentia Epiſcopi Ordinarij, cap. 5. Seſſ. 6. & cap. 2. Seſſ. 14. apud Concilium Trident. in decreto de reformat. A fortiori poterit illa exercere Vicarius, qui Epiſcopus eſt, cui multa poſſunt committi, quæ alij non poſſunt. Fel. in c. quod Sedem, num. 2. ad finem, extra de offic. ord. Couarr. lib. 3. variar. reſolut. cap. 20. num. 3. & in terminis firmat Cucc. Inſtit. iur. canon. de Vicar. Epiſcopi, num. 179. lib. 2.

3 Subdeclaratur, vt non procedat in vſu Pallij Archiepiſcopi, quod tanquam perſonale, alteri concedi nõ poteſt, cap. 2. & c. ex tuorũ, de auct. & vſu. pal. Specul. de iuriſd. omn. iud. num. 28. Abb. in cap. quod Sedem, numer. 4. extra de off. ord. Bertach. tractat. de Epiſcop. lib. 1. part. 4. n. 20. in fine; Priuilegium enim perſonale, perſonam non egreditur, latè Nouarius; in praxi elect. fori, in præfat. ſect. 3. in 2. edit. Neapol.

5 Declaratur ſecundò, vt Vicarius generalis non poſſit concedere licentiam alteri Epiſcopo, exercendi Pontificalia in ſua Diœceſi, niſi habeat ſpeciale mandatum, vt cenſuit Sacra Congreg. ad Concil. Trid. Seſſ. 6. de reformat. ca. 5. per Gloſſ. in verb. non extendat, cap. cum nullus de temp. ord. in 6.

SVMMARIVM.

1 *Suſpenſio eſt pœna.*
2 *Epiſcopus ſuſpenſus poteſt conferre beneficium, excommunicare, & ſententiare.*

Suſpenſus à Pontificalibus, an poſſit exercere iuriſdictionem?

RESOLVTIO VII.

1 CVm Suſpenſio ſit pœna, & inter maximas connumeretur, vt probant latè Doctores, in cap. 1. de ſententia excommunicat. in 6. Tolet. in ſumm. libr. 1. cap. 48. non debet extendi de caſu ad caſum, cap. odia, de regulis iuris in 6. & leg. in pœnis, ff. eod. titul. vbi latè Dec. & Cagnol. & preterea Epiſcopus ſuſpenſus à Pontificalibus, non cenſetur pariter ſuſpenſus quo ad Iuriſdictionalia.

2 Ex quibus deducitur, veram eſſe Doctrinam Geminiani, in cap. 1. numer. 3. de officio Ordinarij in 6. volentis Epiſcopum ſuſpenſum à Pontificalibus tantum, poſſe conferre beneficium, ſententiare, & excommunicare; cum talia iuriſdictionalia ſint, ita Sayr. in ſuo Theſauro, lib. 2. cap. 3. Monald. conſ. 71. numer. 6. Merend. conſ. 13. numer. 5. & ſeq. vbi ſcribunt, aliam rationem eſſe; quoniam per ſuſpenſionem à Pontificalibus, eſt tantummodo ſuſpenſus quo ad ea, quæ ſunt Ordinis; Suſpenſio enim, vt ſupra diximus, tanquã pœna eſt ſtrictè ſumenda; hinc eſt, quod Epiſcopus ſuſpenſus, ac priuatus ingreſſu Eccleſiæ, poteſt vti Pontificalibus; cum talis prohibitio non extendatur, ita Tolet. in ſumm. lib. 1. cap. 43. num. 7. Emanuel Sà, verb. Suſpenſio, num. 7.

SVMMARIVM.

1 *Pœna non duplicantur.*
2 *Pœnis legalibus debemus eſſe contenti.*
3 *Irregularitatem quis non contrahit, niſi in caſibus à iure expreſſis.*

Epiſcopus ſuſpenſus à Pontificalibus, ſi exerceat Pontificalia, an ſit irregularis.

RESOLVTIO VIII.

REſpondeo Negatiuè, ex duobus.
1 Tum primo, quoniam pęnæ non duplicantur, ſed vna ſolummodo debetur, l. fin. ff. de pretorijs ſtipulationibus. Gloſs. in l. non

eſt impoſſibile, ff. de regulis iuris, facit text. in leg. fin. ff. de pactis. vbi vna tantum debetur; & ponderatur tex. in leg. ſi quis maior, Cod. de tranſactionibus, vbi, ſi quis venit contra tranſactionem, tenetur ad penam reſtitutionis acceptorum, & ad obſeruantiam tranſactionis; tamen vna alternatiua peti poteſt. allegatur ad hoc, text, in leg. 2, §. fin. ff. naut, caup, & ſtabul. vbi datur actio furti, & actio honoraria; contra caupones; verum vna tantum exercetur; hinc dicitur in l. ſi ita ſtipulatus, ff. de verborum obligationibus, nos de-
2 bere eſſe contentos vnica pena; ibi; contenti debemus eſſe penis legalibus, quem text. ad hoc allegat Iſern. in cap. 1. verſ. contrahentium, colum. 4. Quæ ſint regalia, & in c. ſancimus, lo primo. Quo tempore miles, &c. & facit text, in leg, apud Celſum, §. item Labeo, ff. de doli exceptione, vbi, quando duo penæ, non duobus perſonis, ſed vni tantum veniunt applicandæ, tunc non duæ, ſed vnica tantammodo debetur, ſequitur Barr. in l. prætor edixit, §. 1. ff. de injurijs. Iaſ. in cit. l. ſi ita ſtipulatus, ff. de verborum obligationibus; quare cũ per Concilium, in Seſſ. 6. cap. 5, ſit iam determinata certa pena contra Epiſcopos, exercẽtes Pontificalia, abſque Ordinariorum licentia, quæ eſt ſuſpenſionis à dictis Pontificalibus; ideo non debemus vti alia pena.

Tum ſecundo, quoniam de iure, non incidit quis in irregularitatem, niſi in caſibus à iure expreſſis, ac ſpecificatis, cap. is qui, de ſententia excommunic. Bald. in conſ. 23. nu. 6. & ſeq. vol. 1. Alex. de Neuo, conſ. 16. num. 3. vol. 1. Emanuel Sà, & ceteri DD. in Summa, verb. Suſpenſio, & verb. Irregularitas. & ita in proprijs terminis noſtris, Couarruu. in Clem. Furioſus, §. 4. num. 2. de homicidio, quem refert, & ſequitur Examen Epiſcoporum, in c. 15. numer. 8.

SVMMARIVM.

1 *Miſſam celebrans Pontificaliter in aliena Diœceſi non punitur.*
2 *Verba Concilij Tridentin. referuntur.*
3 *Prohibitio Concilij in ijs verbis, reſpicit non vsũ tantum Pontificalium; ſed exercitium eorum ſuper alios.*

Epiſcopus celebrans Miſſam Pontificaliter in aliena Diœceſi, abſq; expreſſa licentia proprij Ordinarij, an incidat in pœnam Sacri Concilij Tridentini.

RESOLVTIO IX.

1 SVnt, qui tenent diſpoſitionem S. C. T. prohibentem, Epiſcopum vti Pontificalibus, in aliena Diœceſi, abſque expreſſa licentia pro Ordinarij, non habere locum in Epiſcopo, Pontificaliter Miſſam celebrante; quam opinionem firmarunt Abb. in cap. antiqua, prope finem, de Priuilegijs. Syluester, verb. Patriarcha, verſ. tertium expreſſè. Campanil, Rubr. 11. cap. 16. nu. 4. & idem in Rubrica 9. cap. 5. in fine.
2 Non obſtant verba Concilij, cuius tenor eſt: *Nulli Epiſcopo liceat, cuiuſuis priuilegij prætextu, Pontificalia in alterius Diœceſi exercere, niſi de Ordinarij expreſſa licentia, & in perſonas eidem Ordinario ſubiectas; ſi ſecus factum fuerit, Epiſcopus ab exercitio Pontificalium, & ſic ordinati ab executione ordinum ſint ipſo iure ſuſpenſi.*
3 Nam ex his verbis aperte patet, non prohiberi Epiſcopo celebranti in aliena Diœceſi, vti Pontificalibus, abſque expreſſa licentia proprij Ordinarij. Quæ opinio fundatur ex ijſmet verbis Concilij, ibi (Exercere) quod non videtur complecti vſum tantum Pontificalium, ſed etiam exercitium ſuper alios, quod expreſſius declaratur ibi (Et in perſonas eidem Ordinario ſubiectas) & ibi (Et ſic ordinati.

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopus quænam, præſente Legato de latere, vel Cardinali, prohibeatur facere.*
2 *Legati de latere ſunt maiores Legatis natis.*
3 *Benedicere populo, competit Epiſcopo, ratione dignitatis.*

An Epiſcopus præſente Legato de latere, vel Cardinali in Ciuitate, & Diœceſi, cui præeſt, poſſit vti inſignibus Pontificalibus?

RESOLVTIO X.

1 EPiſcopus in Ciuitate, & Diœceſi, cui præeſt, non poteſt præſente Legato de latere, vel Cardinali benedicere populum, & deferre veſtes, ſcilicet Mozzettam, ſignificantem iuriſdictionem illius ordinariam; quia in præſentia maioris, voluntaria iuriſdictio, ſeu poteſtas reuerentialis minoris ſilet; licet contentioſa non ammittatur; Ratio eſt propter prærogatiuam reuerentiæ, & ne in vno corpore videantur duo capita, quaſi monſtra. Hoſtienſ. in c. volentes, de offic. leg. vbi Abb. num. 4. & Anchar. ſubdens; quod Epiſcopus, licet in ſua Ciuitate poſſit exercere iuriſdictionem ſuam, ſuperueniente legato; non tamen, eo præſente, poterit ſo-

ſolemniter

ſemniter benedicere; & facit text. in cap. an-
tiqua, de priuileg. vbi Patriarchæ faciunt de-
ferri ante ſe vexillum crucis, niſi in Vrbe
Romana, aut vbicunque Summus Pontifex
præſens extiterit, aut eius Legatus vtens in-
ſignis. Et idem dicit Abb. ibi de benedictio-
ne; vbi limitat in ferendo caudam, quia in-
quit, non denotat ſuperioritatem. Idem vo-
luit Specul. in §. ſequitur videre, num. 4. de
2 legato; Vbi quod Legati de latere, vel Car-
dinales ſunt maiores, & digniores Legatis
natis, & ideò nati non vtuntur ſuis inſigni-
bus, nec exercent officium legationis præ-
ſente Legato de latere, vel Cardinali. Item
concludit Firman. de Epiſcopo, lib. 4. par. 1.
num. 5. vbi loquitur de Epiſcopo Firmano,
qui ex dignitate, præ ſe, Crucem fe-
rens, debet illam dimittere præſente Le-
gato de latere inſignijs vtente; nam Epiſco-
pus debet honorare D. Legatum ex vi iura-
menti ſui, quod præſtat in Conſecratione.
Specul. de Epiſc. in princ. verſ. honorandus.
Et hinc inoleuit conſuetudo, quod Epiſcopi,
aſſiſtentibus Eminentiſſimis Cardinalibus, nõ
portant Rocchettum ſaltem diſcoopertum,
nec Cardinales, aſſiſtente Pręſide Prouinciæ,
vt teſtatur Gambar. de Legato, c. qualiter ſe
gerrere debeat Legatus, in ingreſſu Prouin-
ciæ, nu. 7. & iſta eſt verior opinio, & magis
communis, vt per Ioan. Brunell. de digni-
tate, & poteſtate Legatorum, concluſ. 12.
declaratio num. 5., licet ipſe contrarium
teneat.
3 Non obſtat quod benedicere populum
competat Epiſcopo ratione dignitatis, &
iuriſdictionis, capit. miniſtrare, 26. quæſt. 6.
& cap. conuenit, de conſecrat. diſtin. 5.
Gundiſal. Villadiez. de legat. quæſt. 6.
num 8. Vnde ea, quæ competunt Epiſcopo
ratione iuriſdictionis, non ceſſant per aduen-
tum Legati, vel Cardinalis de latere, & il-
lius præſentia in Ciuitate, Bart. l. 3. C. de
metat. & epidem. lib. 12. qui loquitur de le-
gato Peruſino. Abb. in cap. volentes, nu. 4.
de off. legati. Brunell. de dignitat. & poteſt.
Legat. concluſ. 17. qui loquuntur de inſi-
gnibus denotantibus ipſam iuriſdictionem, &
dignitatem; & ſic Epiſcopus poterit vtrum-
que peragere, Barbat. in dict. capit. volen-
tes, num. decimo quinto, vbi dat rationem,
quia ordo Eccleſiaſticus confunderetur, non
reſeruando Epiſcopo ſuam iuriſdictionem, &
inſignia dignitatis Epiſcopalis, contra c. per-
uenit, in fine, 11. quæſt. 1.

Quia reſpondetur prædicta procedere in
iuriſdictione contentioſa; ſecus quoad ha-
bitum, & inſignia reuerentialia; quo caſu,
opinio verior, & magis communis eſt, quod
poteſtas minoris, reuerentialis, deponatur in
præſentia maioris. Ratio eſt propter præro-
gatiuam reuerentiæ, & ne in vno corpore vi-
deantur duo capita quaſi monſtra, vt ſupra
dictum eſt. Hoſtienſ. Bald. & Abb. in d. c.
volentes; & ibi Io. And. nu. . . Specul. Firman.
Gambar. & alij in locis ſupra allegatis

S V M M A R I V M.

1 *Iuriſdictio Minoris Iudicis regulariter non ex-
pirat per aduentum ſuperioris.*
2 *Reus vbi habet plures Iudices, illi competit
electio.*
3 *Suffraganeus coram Archiepiſcopo non poteſt
portare Rocchettum.*
4 *Minor debet cedere maiori.*

Suffraganeus an poſſit vti inſignibus Pontificalibus, coram Metropolitano?

R E S O L V T I O XI.

Videbatur dicendum, poſſe vti ſuis inſigni-
bus Pontificalibus; cum regulariter iuriſ-
1 dictio minoris Iudicis non expiret per ad-
uentum Superioris. Doct. in c. 2. de off. de-
leg. Auſr. ad deciſ. Cappell. Tholoſ. 433. &
facit text. in c. peruenit, in fin. d. q. 1. c. Eccleſ.
d. 95. l. in hac ſacratiſsima, 13. C. de donat.
Bart. & alij in l. 3. C. de metat. & epid. lib. 12.
late Coler. d. c. 1. num. 161. cum ſeq. Ideò
quando in Ciuitate, vel Oppido adeſt Prin-
ceps cum Iudice inferiori, electio eſt perſo-
næ miſerabilis, vt conueniatur coram quo
velit; cum ob pręſentiam Principis, non ceſ-
ſet iuriſdictio minoris magiſtratus. Cou. in
ſpecie pract. quæſt. c. 7. nu. 5. col. penul. verſ.
ſexto, deinde. Menoch. de arbitrar. in addit.
2 caſu 66. nu. 45. verſ. extenditur decimo; Cum
etiam competat electio reo, non actori,
quando reus habet plures Iudices, ex priui-
legio. Bald. in l. cum Clericis, C. de Epiſ. &
Cler. Socin. conſ. 44. col. 2. lib. 3.

Quidquid aliud ſit in reo, habente plures
iudices, ex iure communi, quo caſu actor
eligit. Couar. lib. 15. variar. reſol. c. 18. nu. 6.
3 Contrariam tamen ſententiam puto verio-
rem; vt videlicet Suffraganeus non poſſit co-
ram Archiepiſcopo portare Rocchettum
detectum; propter maximam reuerentiam,
& obedientiam, quam debent, præſtare ipſi
Metropolitano; cum dicatur Pater Epiſco-
porum, vt in Concilio Prouinciali Mediolan.
5. in titul. de Epiſcop. licet ſecus ſit in Concilio
Prouinciali, in quo, dum Epiſcopi ſedent

etiam coram Archiepiſcopo poſſunt portare Roccherum detectum, ob illam rationem, quia tunc omnes ſunt Coniudices, vt dicitur in Ceræmoniali Romano.

Et quoniam maiori poteſtati debet cedere
4 minor, vt hoc obiter annotetur, ſolis Regibus extra manicas manus præferre licuiſſe, teſtatur Zenoph. lib. 2. rerum Græcar. ſubdens. Etiam occidiſſe Antobiſaur. & Metreum filios Dariæ ſororis Xerſis, patris Darij, quod ſibi occurrentes, manus intra manicas non contraxerint, Cælius Rhod. lect. antiq. lib. 7. c. 13. quod etiam refert Marcel. Donat. ad D. Iul. Capitol. in Maximin. duobus verbis; fuit igitur Maximinus ſub homine; & manus accipitur pro poteſtate; vnde illud Ouid. in Epiſt. An neſcis longas Regibus eſſe manus; prout dicimus in manu vxoris eſſe, ideſt in poteſtate. Et manumiſſio idẽ eſt, ac liberatio à poteſtate, & eſt tex. in l. 2. in princip. verſ. omniaque manu Regis gubernabantur, ff. de orig. iur.

P R A X I S

Profanationum Eccleſiarum.

S V M M A R I V M.

1 *Profanatio Eccleſiarum eſt prohibita regulariter; ſed quando non, num. 3.*
2 *Beneficiatus quando Eccleſiam reædificare teneatur.*
3 *Eſt profananda Eccleſia, cum magna inopia, vel loci indecentia interceſſerit.*
4 *Affertur Deciſio Sac. Congreg. ad propoſitum.*

Eccleſia quando eſt profananda.

R E S O L V T I O I.

1 Regulariter Eccleſiarum profanatio eſt prohibita, per S.C.T. in Seſſ. 21. cap. 7. & merito; cum in Eccleſijs decent ſanctitudo, cap. decet, de cenſibus, faciunt latè tradita per DD. in leg. nemo, Cod. de Sacroſanctis Eccleſijs. Bal. in conſ. 27. numer. 6. Alex. conſ. 70. nu. 6. volum. 1. Alciat. in conſ. 22. n. 3. & ſequ.

Intellige ac declara iuxta eumdem Concilium, quoties poſſunt reparari cum eius introitibus; quia tunc beneficiati ipſarum ſunt compellendi ad eas reædificandas. Abb. in cap. 1. num. 2. & ſequ. de Eccleſijs ædifican-
2 dis. Monald. conſ. 71. num. 6. & ſequ. vol. 1. Nauarr. in conſil. 1. de Eccleſijs ædificandis, Sayr. in deciſ. 1. cod. titul. & Valaſc. in deciſ. 179. vol. 2. Genuen. in prax. cap. 54. in fine, & proinde cauſa finalis profanationis eſt, quoties Eccleſia laboret inopia, adeo vt reparari non poſſit, alias non; cum reparare Eccleſias, illaſque reficere, publicè intersit. Nouarius parte ſecunda quæſt. forenſ. capitul. 75. numer. 10.

3 Et ſic ſtante magna inopia, & loci indecentia, poteſt Epiſcopus procedere ad profanationem Eccleſiæ, & conſequenter decentia loci eſt pariter cauſa finalis, vt voluerunt, Sayr. in deciſ. 1. de rebus Eccleſiæ non alienandis. Henriquez conſ. 71. num. 3. Coſta de remedijs ſubſidiarijs, remed. 16. & in conſ. 27. nu. 4. & ſequ. quod intellige ſecundum Monald. in conſ. 7. volum. 1. quoties adeſſet magna indigentia Eccleſiæ, & valdè difformis.
4 vnde Sacra Congregatio Concilij, ita cenſuit; *Ordinarius non debet ſine cauſa profanare Cappellas, & ſi aliquam cauſam profanandi habuerit, id faciat prout de iure.*

S V M M A R I V M.

1 *Idem eſt ius de Mobilibus ad immobilia.*
2 *Extrauagant. Ambitioſæ, de Rebus Eccleſ. non alien. in quibus Bonis loquatur.*
3 *Mobilia Eccleſiæ profanari ex cauſa poſſunt.*

An Mobilia Eccleſiæ poſſint profanari, quemadmodum immobilia.

R E S O L V T I O II.

Sed dubitatur, an, quemadmodum vt ſupra diximus, Eccleſia ex cauſa probabili, & à iure approbata poteſt profanari; ita pariter poſſint etiam mobilia eiuſdem Eccle-
1 ſiæ profanari? Et reſoluendum eſt affirmatiuè. Ratio eſt, quia idem eſt iudicium de mobilibus ad immobilia; vt per Bal. in l. quæ de toro, ff. de rei vendicatione, & in conſ. 27. n. 3. & Alex. in conſ. 91. nu. 3. volum. 1. Alciat. conſ. 28. num. 4. & ſeq. Alban. in conſ. 16. nu. 16. & ſeq. facit ad comprobationem id quod dicitur, Extrauagantem Ambitioſæ. de rebus

Digitized by Google

Eccleſiæ non alienand. quemadmodum loquitur in bonis immobilibus ſita in mobilib. locum habere, vt per Quarant. in ſumma, Bullar. verb. Alienat. ampliat. 4. & Nald. in ſumma eod. verbo. Redoan. quæſt. 16. numero ſexto.

3 Et tandem facit ad hoc, quod ſcriptum relinquit Nauarr. in ſuo tractat. de ſpolijs, §. 18. num. 10. verſic. 3. vbi ait, poſſe Prælatum ex cauſa non ſolum profanare immobilia, ſed mobilia Eccleſię, ſequitur Zerola in prax. Epiſcopali, in verbo Viſitatio, quæſtione nona, in fine.

SVMMARIVM.

1 *Ordo tenendus ad profanationem Eccleſiæ recenſetur.*
2 *Poſt Rectorem, ſi non tenetur, cogit Epiſcopus Populum ad Eccleſiæ reparationem.*
3 *Si Eccleſia eſt diruenda, lapides, & cæmenta poſſunt vendi; vt tamen non conuertantur in ſordidos vſus.*
4 *Deciſio Sacræ Congregationis affertur.*
5 *Epiſcopus ſine facultate Apoſtolica non poteſt transferre Matricem Eccleſiam in aliam partem Diœceſis.*

Quo Ordine Epiſcopus debet procedere ad profanationem Eccleſiæ.

RESOLVTIO III.

1 PRimo debet inſpicere, an Rector, & alij, qui in ea, beneficia habent conferre, & tribuere debent pro rata reddituum, vt probat text. in cap. 1. de Eccleſijs ædificandis, c. fin. de ijs, quæ fiunt à maiori parte capituli; & reſoluit Surdus, conſ. 62. à num. 1. Flamin. de reſignat. lib. 3. quæſt. 15. num. 1. Rip. reſp. 22. numer. 3. & nos in hac Aurea Praxi, reſolut. 476. numer. 4. Azor. Inſtitut. moralium, p. 2. libr. 9. cap. 3. quæſt. 10. Valaſc. tom. 2. conſult. 179. num. 12. plures ex antiquioribus refert: Cened. ad decretal. collectanea. 152. num. 1. Paul. Comitol. reſponſ. moral. lib. 1. queſt. 82. concluſ. 3.

2 Secundo; ſi Rector non habet ad reparandam Eccleſiam, Epiſcopus debet cogere populum; ſi populus nollit Eccleſiam, quæ minatur ruinam, reſtaurare, ea debet penitus dirui, prout deciſum referunt Sarnen. de viſitat. lib. 1. cap. 10. numer. 16. Praxis Epiſcopalis, part. 2. verbo Parrochia, §. 6. & nos in hac Praxi aurea, reſolut. 201. in fine. &c. Epiſco-

3 pus poteſt vendere lapides Altarium, vel Eccleſiarum deſtructarum. Nauarr. de ſpolijs Cleric. §. 18. num. 2. verſ. 2. praxi Epiſcopal. d. verb. Viſitatio, §. 9. & nos in deciſ. Curiæ Archiepiſcopalis Neapol. dec. 255. part. 2. Sed debet animaduertere ne faciat illos conuertere in ſordidos vſus, Nos in hac Praxi aurea,

4 reſolut. 201. vbi refertur in Sacra Congregatione ſic deciſum fuiſſe: (Ordinarius non debet profanare Cappellas; & ſi aliquam cauſam profanandi habuerit, earum cæmenta potius ſunt tribuenda Eccleſiæ, quæ eſt ca-

5 put dictarum Cappellarum, quam Altaris.) Epiſcopus tamen, ſine Apoſtolica auctoritate non poteſt transferre Matricem, ideſt Cathedralem Eccleſiam, in alium locum Diœceſis, prout deciſum refert Menoch. conſ. 75. numer. 46.

SVMMARIVM.

1 *Profanatâ Eccleſiâ, onus transfertur in Matricem, cum omnibus emolumentis.*
2 *Amplia idem procedere etiam in Parochialibus; etſi Iuriſpatronatus.*
3 *Reponitur Deciſio Sacræ Congregationis.*

Profanata Eccleſia, quid agendum per Epiſcopum.

RESOLVTIO IV.

DVbitatio eſt, quid faciendum per Epiſcopum, cum inuenerit Eccleſias dirutas?

1 Reſpondetur diſtinguendo; Nam aut poſſunt reparari ſuis introitibus, & tunc beneficiati ipſarum ſunt compellendi ad eas reædificandas, Abb. in c. 1. num. 1. 2. 3. & 4. de Eccleſ. ædific. Si verò laborent inopia, quia reparari nequeant, vocatis ijs, quorum intereſt, in Matricis, aut alias Eccleſias, arbitrio ſuo, atque cum eiſdem inuocationibus, vel in iam erecta, Altaria, vel Cappellas transferat cum omnibus emolumentis, & honoribus, prioribus ipſis Eccleſijs impoſitis.

2 Conc. Trid. ſeſſ. 21. c. 7. de reſor. Et hoc ampliatur etiam ad Eccleſias Parochiales Iuris Patronatus. Conc. ibidem; Modo, vbi erat Eccleſia vetus, erigatur Crux; Et quia poſſet dubitari, an liceat Viſitatori, ſiue Epiſcopo, illas Eccleſias profanarè, ſtante magna inopia, & fortaſſis loci indecentia. Reſpondetur ex eo Conc. loc. cit. circa vltimum, id poſſe fieri; ſed videat, ne in ſordidos vſus faciat illas conuertere. Verum paſſim vidi in Ciuitatibus magnorum Archiepiſcopatuum, ex cauſa rationabili profanari Eccleſias, & vendi, & emptores ibi ædificare domos, & quidquid velint; & Sac. Congr. declarat. 241. 3
cenſuit in hac verba.

Ordinarius non debet ſine cauſa profanare Capellas; & ſi aliquam cauſam profanandi habuerit, earum cæmenta potius ſunt attribuenda Eccleſiæ, quæ eſt caput dictarum Capellarum, quam alteri.

SVMMARIVM.

1 *Taberna dicitur locus inhoneſtus.*
2 *Clerici prohibentur exercere tabernas.*
3 *Taberna permittitur in Eccleſia profanata.*

Vſus Tabernæ an dicatur ſordidus, ad effectum, vt permitti nequeat in Eccleſia profanata?

RESOLVTIO V.

1 Videbatur minime permittendum, vt in Eccleſia profanata permittatur vſus Tabernæ tanquam vſus ſordidus. Si quidem Taberna eſt locus inhoneſtus, ſecundum Bal. in l. Orphanotrophos, C. de Epiſcopis, & Clericis, & in quo frequenter committuntur inhoneſta, vt voluit idem Bal. in c. Clerici, de vita, & honeſtate Clericorum; Hinc eſt, quod Clerici prohibentur exercere tabernas. Clement. prima, de vita, & honeſtate Clericorum, & facit tex. in c. 1. vbi communiter omnes, eodem tit. in 6. Et ex hoc prouenit, Clericum tabernas frequentantem, eſſe abijciendum; vt probat tex. in c. à crapula, de vita, & honeſtate Clericorum.

Verum quidquid ſit, ex ſupradictis, Curia Archiepiſc. Neapolitana cenſuit Contrarium, tabernam ſcilicet minimè dici locum ſordidum, ad effectum vt non poſſit permitti in Eccleſia profanata; nam per eandem Curiam, fuit conceſſa Eccleſia S. Georgij Ianuenſis, dictæ Ciuitatis, profanata auctoritate Papæ, ad vſum Magazenorum vini; & nec fuiſſe per hoc, aliqualiter contrauentum menti, & diſpoſitioni Concilij, vt refert Genuen. in praxi, cap. 52.

SVMMARIVM.

1 *Hyſtriones ſunt perſonę infames.*
2 *Eccleſia profanata non poteſt deſeruire pro vſu Hyſtrionum.*
3 *Hyſtriones poſſunt expelli à locis honeſtis.*

Eccleſia profanata an poſſit concedi pro vſu Hyſtrionum.

RESOLVTIO VI.

1 Hyſtriones, cum ſint perſonæ infames, vt probat tex. in l. fin. C. de nuptijs, & ibi Bald. in 3. notabili, non poteſt propterea permitti per Epiſcopum vt ipſorum praua conuerſatio exerceatur in Eccleſia profanata; ſemel enim Deo dicata, non debent amplius ad vſus ſordidos conuerti, c. quod ſemel, de regulis iuris.

Et ex prædictis bene fuit deciſum per Curiam Archiep. Neapolit. teſte Genuen. in prax, cap. 52. quod Eccleſia Sancti Georgij Ianuenſium huius Ciuitatis, profanata authoritate Papæ, in qua erat permiſſus vſus Magazenorum vini, non poſſet deſeruire
2 pro vſu Hyſtrionum, ex Conc. Tridentino c. 7. ſeſſ. 21. de reformat. in quo prohibetur, Eccleſias profanatas conuerti ad vſus ſordidos; qui autem dicantur ſordidi, Sacra Congreg. Concilij remittit arbitrio Ordinarij, & talis videbatur vſus Hyſtriorum, cum ſint perſonæ infames, vt in l. 2. §. final. ff. de his, qui notantur infamia, eiſque denegantur ſacramenta Eccleſiaſtica, cap. pro dilectione, de conſ. diſtinc. 2. vbi non erudiendorum, ſed perdendorum puerorum magiſtri dicuntur. & donantes aliquid eis, peccant; cap. donare, 86. diſtin. facit textus notabilis, in l. ſi qua in
3 publicis, C. de ſpectaculis, & ſcænicis, lib. 10. vbi dicitur, quod Hyſtriones debent expelli à locis honeſtis, & à locis, in quibus Imperatoris imago depicta eſt; tanto magis, à loco, qui Eccleſia fuit, in quo Crux Domini Noſtri Ieſu Chriſti manere debet affixa; ex Conc. Triden. d. cap. 7. Pariter in Eccleſijs profanatis prohibetur fieri coquina, & ſtabulum; vt dicit Gloſſa in cap. ligna, de conſecration. diſtinct. 1. & in cap. quæ ſemel, 19. quæſt. 3. & ante Concilium Triden. neque cæmenta Eccleſ. poterant conuerti ad vſus priuatorum; ſed ad vſus alterius Eccleſiæ non ſordidos, d. cap. ligna, & cap. quæ ſemel, vbi Gloſa, & alij.

SVMMARIVM.

1 *Ligna, & cæmenta Eccleſiæ profanatæ non applicantur vſibus ſordidis.*
2 *Cæmenta Eccleſiæ profanatæ conuertuntur in erectionem Altaris alterius Eccleſiæ.*

Ligna, & cæmenta Eccleſiæ profanatæ, cui applicanda ſunt.

RESOLVTIO VII.

1 Prohibentur applicari vſib. ſordidis per regulam textus, in cap. ſemel Deo dicatum, de regulis iuris in 6. Quo quidem olim pariter reperitur prohibitum, vt probatur per Gloſſ. in cap. quæ ſemel, 19. q. 3. & ante Concilium

cilium Trident.neque cæmenta Eccleſiæ po-
terant conuerti ad vſus priuatorum, ſed ad
vſus alterius Eccleſiæ non ſordidos,diſt.cap.
ligna,& cap.quæ ſemel,vbi Gloſſ. & alij.De-
claraiut tamen Sacra Congreg.Concilij Tri-
2 dent. quod ſi ruinę Eccleſiæ vendantur ad v-
ſus non ſordidos, eorum pretium in vtilita-
tem eiuſdem Eccleſiæ ſit expendendum. Et
Neapoli ſeruatur, quod conuertuntur in fa-
bricã Altaris,quod in alia Eccleſia,in qua be-
neficium transfertur,conſtrui debet, & quod
ſupereſt venditur, & ex redditibus augentur
onera Miſſarum. Item alias declarauit Sacra
Congregat. quod Epiſcopus non debet ſine
cauſa,Eccleſiam profanare; &, ſi aliquã pro-
fanandi cauſam habet, earum cæmenta po-
tius attribuenda ſunt Eccleſiæ,quæ eſt caput
Cappellarum profanatarum, quam alteri.

SVMMARIVM.

1 *Paria ſunt,Eccleſiam nullos redditus habere,vel inſufficientes.*
2 *Onus reparationis intelligitur deductis oneribus.*
3 *Eccleſia non profanatur,ſi poteſt reparari,etiam quod nihil remaneat Rectori.*
4 *Peccat mortaliter Rector, non reparando Eccleſiam ruentem; etſi habeat tenues redditus.*

Si Eccleſia,quæ collabitur,habet ſufficiẽtes redditus; verum non ſufficiunt pro victu Rectoris; an poſſit profanari.

RESOLVTIO VIII.

1 VIdebatur, prima conſideratione, poſſe
Epiſcopum in ſupradicto caſu, deue-
nire ad profanationem; Siquidem paria ſunt
Eccleſiam nullos redditus habere,vel inſuffi-
cientes:argumento tex.in l.quoties, ff. Qui
ſatiſdare cogantur,l.nihil intereſt,ff.de regu-
lis iuris. & facit ad hoc, deciſ.Cappell. 499.
vbi licet Parrochus teneatur ad reparationẽ;
non tamen, quando nihil ipſi ſupereſt; quia
2 onus reparationis intelligitur deductis neceſ-
ſarijs,quibus non tenetur ſe priuare, vt con-
uertat in Eccleſiæ reparationem, quia Chari-
tas ordinata incipit à ſe ipſo, c.non ſatis, 86.
diſtinct.

Verum,quidquid ſit ex ſupradictis,contra-
rium tenendum eſt,& in praxi ſeruandum;vt
ſi Eccleſia,quæ collabitur,habet redditus ſuf-
3 ficientes ad reparationem,non eſt tranferen-
da,& profananda, ſi redditus non ſufficiunt
pro victu Rectoris;quia hoc caſu tenetur Re-
ctor omnes redditus in eius reparationem
expendere; & interim non celebrabuntur
Miſſæ, Abb, in cap.de his,de Eccleſ.ædific.n.
4.aliàs omnes Eccleſiæ habentes tenues red-
ditus, qui non ſufficiunt pro victu Rectoris,
eſſent profanandæ. Vnde Felinus, in cap. per
4 tuas,el terzo,de Simonia,dicit quod Clericus
omittens reparare Eccleſiam ruentem, pec-
cat mortaliter; nec eum excuſat tenuitas red-
dituum Eccleſiæ,quia tenetur de proprio pa-
trimonio,niſi eſſet pauper; allegat S. Thom,
poſt.Innocent.vbi ſupra.

SVMMARIVM.

1 *Bona Eccleſiæ profanatæ non alienantur inconſulto S.Pontifice.*

Bona Eccleſiæ profanatæ an poſſint vendi, inconſulto Romano Pontifice.

RESOLVTIO IX.

FVit pluries reſolutum in Curia Archie-
piſcopali Neapolitana, locum Eccleſiæ
profanatæ,tamquam rem Eccleſiæ, non poſ-
1 ſe vendi,inconſulto Papa, & ſine alijs ſolem-
nitatibus requiſitis in alienatione rerum Ec-
cleſiæ,vt in cap,ſine exceptione,12,quæſt.2.
Et Extrauag; Ambitioſæ, de rebus Eccleſiæ;
vt refert Genuen.in praxi,cap.52. & in Ma-
nuale Paſtorum,cap.36. numer.3. Et ita ſcio
fuiſſe pluries practicatum in hac Ciuitate
Neapolis,dum caſus in facto accidiſſet; nam
ſemper fuit habitus recurſus ad Sedem Apo-
ſtolicam.

PRA-

PRAXIS

Criminis Concubinatus, eiuſque pœnæ, Iuxta Concil. Trid. ſeries.

SVMMARIVM.

1 *Coitus inter ſolutos quilibet prohibetur.*
2 *Non eſt tamen concubinarius, niſi ſit conſuetus, continuatus, & diffamatus per viciniam.*
3 *Concubinarius quis dicatur.*
5 *Concubinatus omni iure eſt prohibitus.*
6 *Concubina Clerici, quas pœnas incurrit.*

Vt incidat in pœnas Sacri Concilij Trident. tàm ſeſſ. 24. cap. 8. quam ſeſſ. 25. cap. 14. quando dicatur quis Concubinarius?

RESOLVTIO I.

1 QValiſcunque coitus, etiam inter ſolutos, iure prohibitus eſt; vt conſtat ex ſexto Decalogi præcepto; & ex capit. meretrices, 32. quæſt. 4. Clem. ad noſtram, & ibi Gloſ. verbo, non eſt, de hæreticis. Diuus Thom. 22. quæſt. 154. art. 4. Couar. in 4. Decretal. 1. par. cap. 4. num. 8. Afflict. in Conſt. 1. de hæreticis num. 23.

2 Tamen non quilibet acceſſus inter ſolutos, aut inter iugatum, & ſolutam facit ſtatim fornicantes Concubinarios; ſed requiritur neceſſario, quod ſit fornicatio conſulta, & per plures actus continuata, & diffamata in vicinio, vel populo; vt docent Gom. in l. 80. Tauri, nu. 22. & Auen. de execur. mandat. 2. part. capit. 26. Diaz. in pract. crim. can. cap. 73. nu. 1.

3 Vnde licet in ipſo fornicationis actu, aut in lecto vir, et mulier deprehendantur, non poſſunt ex eo, vti concubinarij puniri, niſi alias de concubinatu conuincantur; vt ex text. iuncta Gloſ. in cap. ex litterarum, de eo, qui duxit in matrimonium, quam polluit, &c. tenet Rubeus in repetitione capit. per veſtras. not. 3. §. 21. nu. 11. Gom. vbi ſupra, & Auiles in cap. Prætorum cap. 47. verb. Manceuan. num. 1.

3 Concubina etenim propriè dicitur, quæ cum vxor non ſit, cum aliquo tamen viuit, & in eius domo eſt, & moratur, l. fin. ff. de diuor. l. Maſurius 194. ff. de verborum ſignificat. Gloſ. & DD. in l. pen. ff. de concubin.

Et hinc vxor a concubina ſolum dignitate diſtinguebatur, l. item 49. §. 1. ff. de legat. 3. Vxor enim maritali affectu, concubina concubitus affectione æſtimatur, l. nuptias, ff. de reg. iur. l. 4. ff. de concubinis. Vnde vxores, quę abſque dotalibus inſtrumentis, cæteriſque ſolemnitatibus à iure ciuili introductis, coniugali tamen affectu ducuntur, concubinæ in iure appellantur; cap. omnibus 34. diſt. tex. ſic intelligendus, in cap. is, qui non habet, eadem diſtinctione. Cum igitur lege Diuina, in veteri teſtamento, permiſſum eſſet antiquis patribus, plures vxores habere, quę præter priorem, (quæ ſemper legitima fuit) domi vt ancillæ retinebantur, ſæpe dicuntur in Sacra Scriptura concubinæ; & in hoc ſenſu verum eſt, concubinatum fuiſſe veteri lege Diuina permiſſum.

Iure autem Cæſareo, ſi plura concurrerent, quæ proſequuntur Couar. in 4. decr. 1. par. cap. 4. num. 9. & Menoch. de arbit. caſu 418. nu. 20. permiſſus erat ſolutis concubinatus, l. in concubinatu, ff. de concubinis, & ibi Bart. & DD. de Sarnis in tract. de naturalibus liberis, §. de concubinis, num. 1. Paleot. de notis, & ſpurijs, cap. 12. Coniugatis autem ſemper vetitus fuit, l. prima, C. de concubinis.

5 Hodie autem vtroque iure quilibet concubinatus prohibitus eſt, cap. primo, de filijs ſuſceptis &c. cap. audite 34. diſt. cap. concubinæ, 32. quæſt. 2. cap. nemo, 32. quæſt. 4. Concil. Triden. ſeſſ. 24. de reformat. Matrim. cap. 3. & ſeſſ. 24. cap. 14. Et ita omni iure, pro concubinatu graues impoſitæ ſunt pœnæ, vt proſequuntur Rubeus, Menoch. Auiles, Gomez & Bern. Diaz. ſupra.

6 In primis etenim, iure Pontificio, concubina Clerici, ſi filios habet, carceri eſt tradenda, capit. Fraternitatis, 34. diſtinct. Si vero liberos non habeat, efficitur ſerua Eccleſiæ, capit. quidam Clerici, 81. diſt. Et, ſi delictum publicum ſit, poteſt excommunicari, capit. ſi concubinæ de ſentent. excommun. & hodie quælibet concubina ſoluti, vel coniugati, ex Concil. Trident. ſi ter admonita non paruerit, ex officio, etiam nemine requirente, ab Epiſcopo, eius arbitrio punienda eſt, & extra Diœceſim, vel locum habitationis eijcienda; Ex Concil. Triden. ſeſſ. 24. cap. 8.

SVM-

Digitized by Google

SVMMARIVM.

1 *Clericus Concubinarius quis dicatur reſtrictiuè.*
2 *Deciſio Seraphini refertur.*
3 *Ex quibus probetur Concubinatus.*
4 *Nominatio Concubinæ, verbo Vxoris in Teſtamento non probat eam Vxorem; dum id fieri præſumitur pudoris cauſa.*
5 *Filij ex publico Concubinatu nati ſunt inſucceſſibiles.*

Concubinatus ex quibus actibus deducatur, & probetur?

RESOLVTIO II.

1 CLericus concubinarius quis propriè di-
catur, & de requiſitis Concubinatus,
ponit Diaz, in pract. crimin. canonic, cap. 73.
in verb, Concubinarij &c. Quæ autem dica-
tur legitima Concubina, vide ſeptem requi-
ſita, per Rotam diuerſ. in deciſ. 254. nu. 2.
part. 2. Verum pro reſolutione principalis
Concluſionis; Reſpondeo cum Deciſ. Rotę
in vna Leodien. Hæreditatis, 6. Martij 1573.
coram Eminentiſsimo Cardinali Seraphino,
cuius tenor eſt,
2 Domini dixerunt, probari, quod Auguſti-
nus retinebat Mariam potius pro concubina
de facto, quam pro Ancilla: Nam ea, quæ
per teſtes probantur, nempe ſuſceptio li-
3 berorum, reputatio, tractatus decentior, cura
rei familiaris, differentia inter eam, & alias
Ancillas, magis conueniunt cõcubinæ, quam
4 ſimplici Ancillæ. Nec obſtant aliqua mini-
ſteria per eam præſtita, ſicuti lauandi pan-
nos, &c. Quia etiam hæc plerunque ab vxo-
ribus præſtari ſolent. Non obſtat confeſsio
eiuſdem; quia non eſt clara, nec etiam no-
minatio, de qua in teſtamento; quia fuit pu-
doris potius cauſa, quam quod ita res ſe ſe
haberet. Referuntur, an iſti ſuſcepti ex tali
5 coitu, à ſacris canonibus damnato, teneantur
docere ſe natos non fuiſſe ex ſtupro, vel aliàs
propter publicitatem concubinatus, & ſint
inſucceſſibiles; ex his, quæ tradit Diaz, in
pract, crim. cap. 73. in verbo Concubinarij,
& Rebuff. de concubin. public, item, & Dec.
in capit. Eccleſia Sanctæ Mariæ, de conſtit.
colum, tertia.

SVMMARIVM.

1 *Concubinarius Laicus quomodo puniatur per S.C.Triden.*
2 *Tenor S.C. Triden. ſeſſ. 24. c. 8. de reformat, Matrim.*

Qua forma vtatur S. C. T. in puniendo laicum concubinarium?

RESOLVTIO III.

1 MOdus, ac forma puniendi laicum concubinarium, habetur in S. C. Triden. ſeſſ. 24. de reformatione Matrimon. cap. 8. cuius tenor eſt ſequens, videlicet.
2 *Graue peccatum eſt, homines ſolutos concubinas habere; grauiſſimum vero, & in huius magni Sacramenti ſingularem contemptum, admiſſum, vxoratos quoque in hoc damnationis ſtatu viuere, ac audere, eas quandoque etiam cum vxoribus alere, & retinere; Quare vt huic tanto malo Sancta Synodus opportunis remedijs prouideat, ſtatuit huiuſmodi concubinarios, tam ſolutos, quam vxoratos cuiuſcunque ſtatus, dignitatis, & conditionis exiſtant, ſi poſtquam ab Ordinario, etiam ex officio ter admoniti ea de re fuerint, concubinas non eiecerint, ſeque ab earum conſuetudine non ſeiunxerint, excommunicatione feriendos eſſe; à qua non abſoluantur, donec re ipſa admonitioni factæ paruerint. Quod ſi in concubinatu per annum, cenſuris neglectis, permanſerint, contra eos ab Ordinario ſeuerè pro qualitate criminis procedatur. Mulieres, ſiue coniugatæ, ſiue ſolutæ, quando cum adulteris, ſeù concubinarijs publicè viuunt, ſi ter admonitæ non paruerint; ab Ordinarijs locorum nullo etiam requirente, ex officio, grauiter per modo culpæ puniantur; & extra Oppidum, vel Diœceſim, ſi iiſdem Ordinarijs videbitur; inuocato, ſi opus fuerit, brachio ſæculari, eijciantur; alijs pœnis contra adulteros, & concubinarios inflictis, in ſuo robore permanentibus.* De quo Concilij loco nouiter meminit Nouari. in ſuo tract. de electione, & variat. fori, quæſt, 7. num. 4. ſect. 3. in vltima impreſsione Neapolitana.

SVMMARIVM.

1 *Monitio eſſe debet cum temporis interuallo; & quod dicatur temporis interuallum, nu. 2.*
3 *Monitionis vnica pro trina, forma.*
4 *Monitio vnica pro trina, cum temporis interuallo, remittitur arbitrio Iudicijs.*

An vt Concubinarius poſſit puniri iuxta Concilium, requiratur, vt tres monitiones fiant cum temporum interuallo?

RESOLVTIO IV.

1 VNaquæque autem harum trium monitionum, cum aliquo dierum interual-
lo

Digitized by Google

lo eſſe debent, cap. conſtitutionem, de ſent. excommunicat. lib. 6. & Doct. ibi præcipuè Couar. Socin. in cap. perpendimus, nu. 108. & nu. 110. de ſentent. excommunicat. itaut biduum ſaltem inter vnamquamque illarum intercedat. Idquè colligitur ex dict. cap. conſtitutionem, verſ. obſeruent aliquorum dierum competentia interualla. Cæterum duo ſaltem dies inter vnamquamque monitionem intercedere debet, ex Gom. Sanch. Coſta, in capit. conſtitutionem, num. 4. de ſentent. excommunicat. lib. 6. Soc. in dicto cap. perpendimus, num. 112. Nouar. in mon. capit. 27. nu. 11. Vgol. de cenſur. Eccleſ. tab. 1. capit. 18. §. 2. num. 4. Interuallum dierum inter admonitiones intercedere debet, aut ſeparatim, aut ſimul. Separatim, vt ſi Iudex moneat Petrum, vt ſatisfaciat Paulo. monere eum poteſt primo, vt intra tres dies illi ſatisfaciat; quo termino elapſo, iterum alio ſpatio totidem dierum, monebit; quo prȩterito, ſi in eadem contumacia perſeuerēt; tertio, eodē modo monebit; qui tunc intra tempus præſcriptum non ſatisfaciens, nulla alia præmiſſa monitione, excommunicari poteſt. Simul autem, ſeu vna monitione pro tribus fieri poteſt, aſſignato vno tantum termino, qui valeat pro prima, ſecunda, & tertia monitione, cum interuallo ſaltem duorū;
3 his puta verbis: Admonemus te, vt intra ſex dies, quorum duos pro prima, duos pro altera, reliquos pro tertia monitione damus, Petro ſatisfacias, ad iudicium accedas, aut reſipiſcas. Hæc enim eſt ſufficiens admonitio, vt colligitur ex capit. conſtitutionem, de ſent. excom. lib. 6. & gloſ. ibi, in verb. vna pro omnibus, vbi ponit tres formas trinæ monitionis. Vna eſt, vt Iudex dicat. Monemus te, pro prima; qua finita, monet pro ſecunda; Qua etiam finita, monet pro tertia. Alia eſt, quando Iudex vna monitione facit tres: Monemus te, quod vſque ad talem diem, pro ſecundo, talem pro tertio &c. Tertia eſt, quando dat vnam tantum dilationem; Vt Monemus te, quod vſque ad talem diem, pro primo, ſecundo, & tertio peremptorio, &c. Semper autem intercedere debet interuallum ſaltem duorum dierum, pro qualibet monitione.

4 Hoc tamen aduertere oportet, quod in dicto capit. conſtitutionem, relinquitur prudentiæ Iudicis, vt pro diuerſa neceſſitate, & facti qualitate, terminos iſtos ampliare, vel reſtringere poſſit; quando enim conſtat de contumacia poſt vnicam monitionem, excommunicari poteſt alijs ommiſſis; ex quo enim de contumacia conſtat, nihil vltra expectari debet, arg. cap. eum, qui certus, de regul. iuris lib. 6. & docet Soc. in dicto cap. perpendimus, num. 115. verſ. 2. fallit. de ſent. excommunicat. Sic etiam, qui ſe occultat, aut impedit ne ad eum citatio perueniat, non eſt amplius citandus, ex Innoc. in capit. ad petitionem, num. 3. de accuſat. & Panor. in capit. ex tuæ, nu. 12. de Cler. non reſident. Siue igitur ſpeciatim, ac nominatim contra aliquem, ſiue generatim feratur excommunicatio, quod idem de alijs cenſuris intelligendum eſt, trina præmitti debet monitio. Et Iudices vnam monitionem pro trina facientes, vt docet Ledeſm. 2. 4. queſt. 23. art. 3. peccant mortaliter; quia faciunt contra Eccleſiæ intentionem. Quod intelligo, quando id faciunt ſine neceſſitate; tunc enim propter neceſſitatem, ſufficiet vna pro trina admonitione; vt habetur in dicto cap. conſtitutionem.

SVMMARIVM.

1 *Monitio ad effectum vt infra, eſt facienda coram perſonis idoneis, & perſonaliter.*
2 *Afferuntur rationes.*
3 *Monitio aliquibus in caſibus ſufficit facta domi.*
4 *Sufficit ſi domi fiat cum reus ſe abſcondit, vel impedit.*
5 *Cum ſemel præceſſit citatio perſonalis.*
6 *Cum aliqua citatio domi facta peruenit ad citati notitiam.*
7 *Cum ob malam abſolutionem, iterum conijcitur in excommunicationem.*

An Concubinarius poſſit puniri pœnis Concilij, ſi trina monitio non fuit perſonalis, ſed edictalis.

RESOLVTIO V.

1 ADuertendum eſt, quod citatio, & monitio hæc communiter facienda eſt coram perſonis idoneis ad teſtificandum, per quas, ſi neceſſe fuerit, poſſit probari monitio, capit. ſacro, de ſentent. excommun. & Doct. ibi; Et fieri debet perſonaliter. Nec ſufficit fieri ad domum eius, qui excommunicandus eſt, ex Innoc. in capit. fin. num. 3. & Panor. ibi num. 14. de eo, qui mittitur in poſſeſſ. Felin. in cap. cum ſit Romana, num. 13. & 24. de appellat. Socin. Senior in cap. nulli, num. 15. de ſentent. excommun. Rota deciſ. 28. num. 5. de appellat. in antiq. & dec. 15. de ſententia excommunicat. Couar. in cap. Alma Mater, 1. par. §. 9. num. 4. verſ. ab eadem radice, de ſent. excommunicat. lib. 6. & Vgol. tab. 1. cap. 18. §. 1. Quod fit, ne in re tàm graui contingat, innocentem puniri, & excommunicari; Et etiam quia excommunicatio

nicatio propter contumaciam, & inobedientiam fertur. An vero quis contumax ſit, nec ne, niſi ipſemet perſonaliter admoneatur, & citetur, cognoſci non poteſt, id quod etiam docet Henriquez lib. 3. de ſentent. excommunicat. capit. 11, §. 3. & Communis Doctorum conſenſus. Cæterum nonnulli caſus excipiuntur, in quibus ſufficit, quod citatio
3 fiat ad domum, & ad ipſius citandi habitationem aſsiduam, vt ſic legitimè citatus, & monitus quis dicatur,

4 Primus eſt, quando reus ſe abſcondit, vel impedit; quominus perſonaliter citetur, tunc enim ſatis eſt, vt ad domum ipſius excommunicandi citatio fiat, quem caſum ponit Innoc. in capit. fin. nu. 3. de eo, qui mittitur in poſſeſſ. & facit text. in capit. 1. qui matrimon. accuſ. poſſunt, Rota deciſ. 11. de dolo, & contumac. Couar. in capit. Alma Mater, 1. parte §. 9. num. 4. verſ. primus paſſim conſtituitur, de ſentent. excommunicat. lib. 6. Vgol. tab. 1. capit. 18. §. num. 1. Henriq. lib. 13. de ſenten. cap. 17. §. 3. Exiſtimo tamen, ad hoc requiri, vt vel conſtet Iudici, reum ſe abſcondere, vel ſaltem habeantur indicia, etiam probabilia; quia non præſumitur dolus, niſi probetur, arg. l. dolum, ff. de dolo, quod ſi reus domum non habeat, fieri debet admonitio in Eccleſia Cathedrali eius loci.

5 Secundus eſt, quando iam ſemel fuit citatus perſonaliter; tunc enim reliquæ citationes fieri poſſunt ad domum, & in ipſo tribunali excommunicari poterit, ex Felin. in capit. cum ſit Romana, nu. 14. de appellat. Rota deciſ. 399. in nouis. Couar. vbi ſupra num. 4. verſ. ſecundo,

6 Tertius eſt, quando aliqua citatio facta ad domum, peruenerit ad notitiam ipſius citati; tunc enim reliquæ citationes ad domum fieri poſſunt, ex Felin. in dict. cap. cum ſit Romana, num. 15. Rota deciſ. 402. in nouiſ. Couar. ſupra, verſ. tertius caſus eſt, Vgol. loc. cit. Etenim certus certior fieri non poteſt, capit. eum, qui, de regulis iur. lib. 6.

7 Quartus eſt, cum quis iterum in excommunicationem conijcitur, eo quod male abſolutus erat; tunc enim ſufficiet citatio ad domum facta; ex Innoc. in cap. fin. num. 3. de eo, qui mittitur in poſſeſſ. Rota deciſ. 7. de ſententia excommunicat. in nouis, & addit. ad Panorm. in cap. Sacro, in littera C. de ſentent. excommunicat. Couar. vbi ſupra, nu. 4. verſ. quartus caſus, Vgol. in dict. §. 1. in fine.

S V M M A R I V M.

1 *Monitio ad effectum, de quo infra, competens eſſe debet, & quæ dicitur competens, nu. 2.*

3 *Terminus debet eſſe competens, & iuridicus.*

Monitio, vt Concubinarius puniri poſſit iuxta mentem Concilij, debet eſſe competens.

R E S O L V T I O VI.

1 Notandum eſt, quod monitio, ſeu citatio præmittenda debet eſſe competens, capit. Sacro, de ſentent. excommunicat. & capit. Romana, eodem tit. lib. 6. Competens eſt autem monitio illa, quæ fit ter; &
2 dicitur Canonica; quia non priuatim, ſed ſecundum Iuris Ordinem, à Chriſto, & à Sacris Canonibus præſcriptum, fieri debet. arg. Matth. 18. & capit. omnes decimæ, 16. quæſt. 7. capit. de presbyterorum, 17. quæſt. 4. & capit. de illicita, 24. quæſt. 3. capit. contingit 2. & ibi Gloſ. in verbo, tertio, & in capit. Sacro, in verbo, competenti, de ſenten. excomm. capit. conſtitutionem, §. ſtatuimus, & ibi Gloſ. & Anchar. nu. 2. verſ. 4. not. de ſentent. excommunicat. lib. 6. & Gloſ. in cap. Statuimus, in verbo, monitionem Canonicam, de ſentent. excommun. lib. 6. S. Anton. 3. part. tit. 24. cap. 74. Gab. 4. d. 18. quæſt. 2. art. 2. concl. 7. Piſanell. verb. Excommunicat. verſ. quomodo debeat fieri. Tabien. in verb. Excom. 2. in principio, Ledeſm. 24. qu. 23. art. 3. Couar. in cap. Alma Mater, 1. par. §. 8. nu. 5. verſ. mentio autem, Henriq. lib. 3. capit. 17. §. 3. Vgol. de Eccleſ. cenſ. Tab. 1. cap. 18. §. 2. num. 1.

3 Et confert pro corroboratione, quia terminus debet eſſe competens, & iuridicus; itaut non præcipitanter citatus teneatur comparere, Nouarius, in tract. nouo de elect. & variat. fori, quæſt. 17. nu. 6. ſect. 1.

S V M M A R I V M.

1 *Renunciare quilibet poteſt Iuri ſuo.*
2 *Concubinarius non poteſt renunciare monitioni.*
3 *Monitiones præmittuntur ad fauorem publicum.*
4 *Renunciari non poteſt repetitioni Teſtium.*

Iuri Monendi an Concubinarius renunciare poſſit?

R E S O L V T I O VII.

1 Adeo trina Monitio eſt neceſſaria, vt Concubinarius Laicus, qui valet ab Epiſcopo pœnis Concilij caſtigari, (licet regulariter quilibet poſſit Iuri ſuo renunciare

l. ſi

l. ſi quis in conſcribendo, C. de pactis capit. ad Apoſtolicam, de regularibus, & latiſsimè Viuius, deciſ. 122. & copioſè Nouarius, de
2 elect. fori, q. 12. ſect. 1.) nullatenus cedere nõ poteſt iuri monitionis, ſeu citationis; itaut non præuia monitione poſsit excommunicari. Sic expreſsè Panorm. in cap. P. & G. num. 7. de offic. delegat. & citat Hoſt. in cap. ſi diligenti, de foro competenti, & capit. contingit, 2. de ſentent. excommunicat. Et
3 ratio eſt, quia ius præmittendi monitiones, non eſt introductum in fauorem priuatum, ſed publicum; vt ſic vitentur multæ iniuſtitiæ, arg. capit. contingit, 2. de ſentent. excommunicat. Non poteſt autem publico iuri, pactis, & auctoritate priuatorum derogari, vt habetur in l. ius publicum, ff. de pactis.
4 Facit, quia repetitioni teſtium ad inſtantiam Fiſci receptorum, renunciari non poteſt; itaut amplius non detur regreſſus; vt perbellè nouiſsimè probat Nouarius, lib. 2. quæſt. forenſ. quæſt. 15. eo quia reorum fauorabilis facienda eſt cauſa.

SVMMARIVM.

1 *Trina monitio, iuxta S. Concil. non exigitur in excommunicatione ob delictum notorium.*
2 *Apoſtolus excommunicauit fornicatorem notorium, non citatum.*
3 *Contraria ſententia affertur; quod adhuc exigatur notoria contumacia: & eſt verior.*
4 *Reſoluuntur obiecta.*

An Concubinarius Notorius poſſit puniri pœnis Concilij, abſque trina monitione.

RESOLVTIO VIII.

1 NON exigitur trina Monitio, prout præcipit Sacrum Concil. quoties excommunicatio fertur pro delictis notorijs. Ita Felinus, in cap. Sacro, de ſentent. excommunicat. arg. cap. de manifeſta, 2. quæſt. 1. & cap. euidentia, de accuſat. cum alijs, quæ adduci ſolent, ad probandum, non eſſe neceſſariam citationem in Notorijs. Vnde, & Apoſtolus 1. Corinth. 5. & habetur in cap. cum ſit Ro-
2 mana de appellat. fornicatorem quendam notorium, abſentem, & irrequiſitum excommunicauit; & huius etiam ſententiæ ſunt Antonius in cap. 1. col. 14. de iudic. & in cap. venerabili, col. 4. de Cenſ. & Innocen. in cap. 1. de officio delegat. lib. 6. & ibi Domin. col. 3. Alij tamen hunc caſum, ita ſimpliciter probatum non admittunt; quia fieri poteſt, vt factum ſit notorium; quia ſcilicet manifeſtè conſtat, delictum à quopiam commiſſum eſſe; non tamen notoriè conſtet, eum qui delictum commiſit, nolle ſatisfacere pro delicto; & ita cum excommunicatio non niſi ob contumaciam feratur, de contumacia autem conſtare non poſsit, non debeat teſcendi ad Excommunicationem; ita Gloſ. in cap. cum ſit Romana, in verbo irrequiſitum, de appellat. Innocent. in cap. Sacro, de ſent. excommunicat. Dec. in cap. 1. num. 34. de iudic. Couar. in cap. Alma Mater, 1. par. §. 9. num. 6. verſ. & hæc quidem, de ſentent. excommunicat. lib. 6. Vgolin. de cenſur. Eccleſ. tab. 1. cap. 18. nu. 1. Ad illud vero Apoſtoli, reſpondent Gloſ. Panor. & Couar. vbi ſupra; quod licet tempore illo, quo excommunicauit, eum minime admonuerit; prius tamen ſæpe ad pœnitentiam monuit; vnde, quia iam manifeſta fuerat eius contumacia, & notoria, excommunicauit eum ſine vlteriori monitione; ſi quidem in contumacem notorium ferri poteſt excommunicatio, abſque alia monitione, arg. capit illud, de cler. excommun. miniſtr. & cap. 1. de iudic. iuncta expoſitione Panor. ibi, num. 28. vbi etiam citat Gloſ. in dict. cap. de illicita, 24. quæſt. 3. & Innocen. in d. cap. petitionem, de accuſat. quo ſenſu, verum eſt, quod Felin. & alij ſupra recenſuerunt.

SVMMARIVM.

1 *Concubina publica, quæ dicatur.*
2 *Concubina dicitur etiam ſi habeatur extra domum.*
3 *Concubinatus probatio debet eſſe concludens.*
4 *Publici concubinarij dicuntur ex confeſſione iudiciali, vel euidenti probatione.*
5 *Notorietas in dubio relinquitur arbitrio Iudicis.*
6 *Ad manifeſtum Concubinatus crimen, non eſt neceſſaria apprehenſio in fragranti.*
7 *Probatur ſufficienter Concubinatus ex depoſitione, quod Concubina ſtet publicè parata ad Concubitum cum Concubinario, præcipue ſi interuenit conſuetudo.*

De requiſitis ad Concubinatus probationem, vt pœnis S. Conc. puniri poſſit.

RESOLVTIO IX.

1 APpellatione Concubinæ, ad effectum puniendi Concubinarium pœnis Cõcilij, venit illa, quam Clericus, aut vxoratus, vel religioſus tenet in ſua domo, ſiue extra domum, luxurioſo affectu; ita tamen, quod cum ea carnaliter commiſcetur, & de conſuetudine

ſuetudine conſtat,& diffamata eſt in ſua, vel
concubinarij vicinia; & iſtam Ego dicerem
publicam concubinam; nam hoc appellat
publicum l.20.tit.4.part.1. ſi de publicitate
conſtat per legitimos teſtes, deponentes de
dicta diffamatione,aut de rei euidentia,& de
frequenti, & mutua conuerſatione, & fre-
quentia ſuſpectæ amicitiæ.

Et plura iura, ex quibus hoc probatur,
ponit Lup. in cap. per veſtras,de donat.inter
vir. & vxor. §.21. ſub nu. 12. Et licet ibi vi-
deatur requirere in dicta ſua determinatio-
ne, quod vltra conuerſationem Clerici, &
Concubinæ,illa recipiat à Clerico alimenta,
vel alia neceſſaria, vt dicatur publica con-
cubina; hoc non crederem eſſe neceſſarium;
nam concubinatus ex Luxurioſo affectu, &
commixtione cauſatur, vt in §. fin.Inſtit. de
nupt. ibi, ad quam pater conſuetudinem ha-
buerat,& in §. necnon. Inſtit.de hæred. quæ
ab inteſt. deferuntur.

2 Item ſi habeat eam extra domum, per ve-
hementem opinionem vulgi, ſtantibus alijs
cõiecturis,inducitur certitudo,vt notat Pau-
lus,in l.ſi poſthumus,§.fin.ff.de liber.& poſt-
hum.& Bald.in l. neque natales, C. de pro-
bation.Et quando teſtes deponentes de con-
cubinatu, dicunt in ſuo teſtimonio: omnes
de vicinia dicunt iſtud; ſufficit, cum alijs ad-
miniculis, ad talem probationem, vt notat
Abbas, in cap.cum dilectus,de purgatio. ca-
non. & debent teſtes cõcludere in ſuo dicto,
quod iſte concubinatus innoteſcit pluribus
de vicinia, vel populo, nam ex hoc reſultat,
quod ſit crimen manifeſtum,vt notat Bart.in
l. hæredes palam, in princip.ff.de teſtamen-
tis,notat Baldus in l.p. C. de colluſione de-
tegenda.

3 Sed probatio concubinatus ſemper debet
eſſe probatio concludens, iſtos eſſe publicè
4 concubinarios. Publici autem ſunt, qui aut
per confeſſionem in iudicio legitimè factam,
aut per euidentiam probationis, quæ nulla
poſſit tergiuerſatione celari, conſtat illos eſſe
5 notoriè concubinarios. Et iſtud notorium,
quando ſit dignum dicta publicitate, relin-
quitur iudicis arbitrio, cum à iure non ſit ex-
preſſum,argumento eorum, quæ de notorio
notat Fab.in proemio Inſtitutionum,in verb.
Sic proteſtatur,& Speculator in tit. de noto-
rio crimine, §.iam de notorio; Neque putan-
dum eſt, iſtud crimen manifeſtum concubi-
6 natus,requiri eſſe limitatum,reſpectu appre-
henſionis concubinariorum, in ipſomet actu
fornicationis, aut in his,quæ tali crimini pro-
xima ſunt; quia tunc requireretur apprehẽſio
Clerici,& concubinæ in ipſomet crimine, ſi-
cut dicitur de latrone, in l. fur. manifeſtus, ff.
7 de furt. Sed requiritur, quod concubina ſiet
publicè parata ad concubitum, cum tali Cle-
rico; nam ex hoc, habetur pro eius publica
concubina, ſi iſtud,quod ſit parata, obuenit
ex præterita,& anteriori conſuetudine intrã-
di Clericum cum illa, vel illam in domum
Clerici accedendi,vel ad alias partes, & loca
diuertendi,ad eundem luxurioſum effectum.

SVMMARIVM.

1 *Citatio eſt neceſſaria, quoties excommunicatio respicit futurum.*

2 *Excommunicatio non fertur ab homine, niſi propter contumaciam.*

3 *Epiſcopus non poteſt concubinarium in prima monitione, pœna pecuniaria punire; & de ratione.*

An Epiſcopus poſſit concubinarium in prima monitione, pœna pecuniaria punire.

RESOLVTIO X.

1 RESpondetur Negatiuè;ex eo,quod mo-
nitio iſta neceſſaria eſt,quotieſcunque
excommunicatio reſpicit futurum; quod eſt
commune in omnibus ab homine latis; Vnde
ſolent Canoniſtæ in omnibus communiter
dicere, excommunicationem non ferri ab
homine,niſi propter contumaciam,quæ veri-
tas colligitur ex cap.Sacro, & capit. contin-
git, 2.de ſentent. excommun.cap. Romana,
verſ. ſed nec,eod. lib. 6. & cap. repræhenſi-
bilis, & ibi DD. de appell. Gloſ. in cap. Sta-
tuimus, in verbo monitionem, capit. cum
medicinalis, & cap. conſtitutionem, de ſen-
tent. excommunicat. lib. 6. Innocen. in cap.
ad hæc,nu.3. de appell.Socin.in cap.perpen-
dimus,nu.67.& 91.de ſent.excomm. Angel.
verb.Excom.1.nu.1. Piſanell. verbo Excom.
1.nu.1. idem Piſanell. verb. Excom. 1. verſ.
quomodo debeat fieri,Tabien. verb.Excom.
2.in princip. S.Anton.3.part.tit. 24.cap.74.
Gab.4.diſt.17.quæſt. 2.art.2. concluſ.7. Le-
deſm.2.4. quæſt.23. art. 3. Sot.4. diſtin. 22.
quæſt.1.art. 2.concluſ.3.Nauarr.in Manual.
cap.27.nu. 10. & 11. Couar. in capit. Alma
Mater,prima par.§.9. nu.4. Vgol. de Eccleſ.
cenſ.tab.1.capit.18. Henriq. lib. 13. de Sen-
tent.Excommunicat. capit.17.§. 3. Coſta in
capit.cum medicinalis, num. 20. de ſenten.
excommunicat.lib.6.

3 Cuius ratio eſt, quia excommunicatio fer-
ri non debet, niſi ob inobedientiam, & con-
tumaciam; nemo autem præſumitur contem-

nere exterius,nec poenam repellere Eccleſię, niſi moneatur prius ſub poena excommunicationis; quare niſi aliud conſtet,præſumitur, quod ita monitus, obediet timore tantæ poenæ; vnde prius admonendus eſt, antequam ſententia excommunicationis proferatur; & idem de ſuſpenſione, & interdicto dicendum eſt.

SVMMARIVM.

1 *Monitio facta in Synodo,habet vim trinæ monitionis.*
2 *Hodie à Prælatis illæ fieri non ſolent.*
3 *Gloſ.in Clem.vnica, de vita,& honeſt,cleric,memoratur, vt ſingularis.*

Monitio facta in Synodo, an habeat vim trinæ monitionis, ad effectum puniendi Concubinarium ex vi Sac. Concilij.

RESOLVTIO XI.

1 Controuerſa eſt illa opinio, ſi monitio facta in Synodo habeat vim trinæ monitionis, ad effectum puniendi laicum concubinarium, ex vi Concilij Tridentini. Verior tamen, communior, ac recepta ſententia eſt, vt æquipolleat, ad effectum de quo ſupra; quam ſententiam tenuerunt Merend.conſ.27.Bonald.loquens de puniendo concubinarium, in conſ.292. vol.1. Roman. in conſ.13. num. 6. & ſequent. Oterus lib.3. quæſtionum diuerſarum,quæſt.7.

2 Ex quibus deducitur, præfatas trinas monitiones, virtute Concilij, loco citato, hodie à Prælatis non fieri, quoniam ſtatim ad poenarum impoſitionem procedunt; quia cum in Synodis communiter admoneantur Clerici,ne concubinas habeant, monitio iſta in Synodo facta,habet vim trinę illius,per Concilium requiſitæ,vt docet Gloſ. notab.in cap. Si Epiſcopus, 18. diſtinct. quam ſequuntur Ioan.Andr.in cap. 2.Ne Clerici, vel Monachi, Abb. in capit. ex litteris, de conſtitut.
3 Rota deciſ. vlt. de dolo, & contumacia; & facit Gloſ. ſolemnis, & communiter recepta, in Clement.vnica,de Vita, & honeſtate Clericorum,quam pro ſingulari allegat Genuen. in eius praxi, cap. 22.

SVMMARIVM.

1 *Concubinarius notorius, quis dicatur.*
2 *Concubinarius notorius celebrans, eſt irregularis.*
3 *Contrarium tamen eſt verius, vt ſcilicet non ſit irregularis.*

Quis dicatur notorius concubinarius, ad effectum puniendi illum, virtute Concilij.

RESOLVTIO XII.

1 Hvic dubitationi reſpondet Summus Pontif. in cap. fin. de cohab. cler. & mulier. illum eſſe notorium concubinarium, qui per ſententiam, ſeù per confeſſionem factam in iudicio, aut per euidentiam rei, quæ tergiuerſatione aliqua celari non poſſit,
2 fuerit declaratus. Vnde plures affirmarunt, quod ſi notorius concubinarius celebrauerit, erit irregularis, ex cap. 1. de ſententia, & re iudicata,lib.6.cap.1. de ſententia excommic. eodem libro, cuius ſententię fuerunt Abb. in capit. verba,col. 4. de cohab.cler. & mul. Syluester,in ſumma verbo, Cōcubinarius,§. 4. Idem in Clericis minorum ordinum admittentes; ſed Ego illorum ſententiam non admitterem; cum irregularitas ſolum in caſi-
3 bus à iure expreſsis inducatur, & nullibi pro concubinatu inueniatur expreſſa;quod enim de ſuſpenſo dicitur, in dicto cap. 1. obtinet in ſuſpenſione,quæ à iure inducta eſt, pro aliquo delicto, in eius poenam; hæc autem non in poenam, ſed ratione cuiuſdam honeſtatis, à iure fuit ſtatuta; & ita tenent Innoc. & Ioann. Andr. in cap. ſi celebrat, de cleric. excom. Nauarr.in cap.ſi quando,except.11. de reſcript. Salced.in addit.ad Diaz.cap. 73. litt. C.

SVMMARIVM.

1 *Crimen concubinatus eſt mixti fori.*
2 *Ab vtroque Iudice poteſt concubinarius puniri.*

Dum in Concilio præcipitur, vt Concubinarij à locorum Ordinarijs puniantur; quæritur hic, an poſſint pariter puniri à Iudicibus laicis.

RESOLVTIO XIII.

1 Reſpondetur Affirmatiuè; cum crimen concubinatus ſit mixti fori, iuxta latè tradita per Bernard. in tract. de Concubinis, part.3. quæſt. 21. & latiſsimè Menoch. in conſ. 91. vol. 1. faciunt tradita per Fabrum, in deciſ. 2. C. de Sacrilegijs.

2 Ex quibus intrepidè deducitur, poſſe concubinarium ab vtroque Iudice puniri, vt affirmat Ordin. Regia Luſitan. lib. 2. tit. 9. in prin. & ibi Gregor. lib. 58. verbo, Eſtos, tit. 6. parte. 1. Auend.ad cap. 26. prætor.

num.

Digitized by Google

num. 2. part. 2. Azeued.lib. 4. nu. 4. tit. 1. lib. 4. Paz.in praxi, tom.2.præl ud.2.nu. 31. in fine. Farin.in praxi crim. quæſt. 8.n.131. Azor. inſtit. moral. par. 2. lib. 3. cap. 58. quæſt. 2.verſ. dubie, quæſt.Bouad. in ſua politica, capit.17. num.13. Valaſc. allegat. 34. num. 4.

SVMMARIVM.

1 *Pœnæ Iuris antiqui contra concubinarios non cenſentur ſublatæ per S. C. Trid.*
2 *Pœna contra Concubinarios Clericos recenſentur triginta, remiſſiuè.*
3 *Pœna Concubinatus de iure Hiſpano, cum Concubina eſt ſoluta.*
4 *Pœna Clerici, vel Monachi Concubinarij eodem iure.*
5 *Ceſſat dicto iure Hiſpano, pœna, ſi Concubina non ſit publica.*
6 *Vel ſi ſit coniugata.*
7 *Clericus tamen nihilominus poterit puniri indirectè ſuppreſſo in fœmina, nomine Concubinæ.*

An per impoſitionem pœnæ à Sacro Concilio, contra Concubinarium, cenſeantur ſublatæ penæ de iure antiquo.

RESOLVTIO XIV.

1 REſpondetur negatiuè: quod probatur ex verbis eiuſdem Concilij, ibi (aliiſq; pœnis contra Concubinarios inflictis, in ſuo robore permanentibus.) Clericus autem
2 concubinarius hoc iure grauiſsimè punitur, vt conſtat ex triginta pœnis, quas cumulauit Rebuff. in Concordat. tit. de publ. Concubinar. verſ. prima eſt. Et præcipuè incurrit pœnam ſuſpenſionis à Iudice imponendam. capit. presbyt. 81. diſt. capit. lator, & ibi Gloſ.2. quæſt.7. Efficitur infamis. capit. infames 6. q.1. Imo ſi ſit publicus concubinarius, ipſo iure ſuſpenſus remanet, capit. nullus, capit. præter, 32. diſt. capit. fin. de cohab. cleric. & mul. docent Hoſtienſ. in ſumma illius tit. verſ. qualiter imponatur. Diaz. in pract. canon. cap.3.n.2.
3 Iure vero regio Hiſpano, coniugatus, qui habuerit concubinam ſolutam, condemnandus eſt in 1000. marapetinis, ipſi concubinæ applicandis, ſi intra annum honeſtè viuat; alias tertia pars applicatur Iudici, alia Cameræ Regis, alia accuſatori, aut cauſæ piæ, l.5. tit. 19. lib.8. Si vero habuerit concubinam coniugatam, & admonitus, iudici non obedierit, amittit dimidiam partem bonorum, Cameræ Regis applicandorum, & eandem pœnam patietur, ſi relicta vxore, cum concubi-
4 na habitauerit. l.6. tit.19. lib.8. Ipſa autem concubina coniugati, Clerici, aut Monachi, pro prima vice, mulctatur pœna vnius marchi argenti, & exilio vnius anni; pro ſecunda, eadem vnius marchi, & exilio duorum annorum; pro tertia, iterum incurrit penam vnius
5 marchi, & exilium vnius anni, & publicè verberitur, l.1. tit.19. lib.8. Ceſſabit autem hæc pœna, ſi concubina non ſit publica. Auiles,
6 ſupra. Secundo ceſſabit, ſi concubina ſit coniugata; ex text. in l.2. tit.19. lib.8. Niſi eam clericus deſponſauerit famulo, & domi reti-
7 neat, ex dict. l.2. Epiſcopus tamen, indirectè poteſt contra Clericum procedere, & ſi concubina ſit coniugata; dum tamen proceſſus fiat, ſuppreſſo concubinæ nomine; vt in alio propoſito reſoluit Diaz. capit.2. num.6.

SVMMARIVM.

1 *Concubinarij Clerici, qua pœna puniantur per Concil. Trid.*

Qua pena vtatur S.C.T. in puniendo Clericum concubinarium.

RESOLVTIO XV.

1 NOuiſſimè à S. Concil. Trident. ſeſſ. 25. cap.14. fuit præfixus ordo puniendi clericos concubinarios: ſi enim ter moniti non ſe abſtineant, pro prima vice, tertia parte fructuum, ſuorum beneficiorum priuantur; Pro ſecunda, omnes fructus beneficiorum amittentes, ab ipſorum adminiſtratione, per tempus Epiſcopo arbitrarium, ſuſpenduntur; Pro tertia, ab officijs, & beneficijs priuantur, ac inhabiles redduntur ad alia de nouo obtinenda, & ſi adhuc non reſipuerint, ſunt excommunicandi.

SVMMARIVM.

1 *Concubina laici punitur à Iudice Eccleſiaſtico.*
2 *Et multo magis concubina Clerici.*
3 *Iudex laicus ſubintrat, negligente Iudice Eccleſiaſtico.*
4 *Concubina eſt de familia Clerici, & ſic ſuppoſita Iudici Eccleſiaſtico.*
5 *Quod intellige duntaxat quo ad ipſum peccatum.*
6 *Reſoluitur poſſe per Iudicem Eccleſiaſticum concubinas puniri.*
7 *Et publicas, & ſecretas.*
8 *Etiam ob ſacrilegium commiſſum cum ipſo clerico.*
9 *Quod ſpectat ad Eccleſiam.*

Digitized by Google

An Concubina Clerici poſſit puniri a Iudice Eccleſiaſtico,

RESOLVTIO XVI.

1 DE laicorum concubinis non dubitatur,
vt patet in Concil. Trident. ſeſſ. 24.
cap. 8. ibi; Extra oppidum eijciantur, &c.
2 De Concubina vero Clerici, dicas pariter
affirmatiue. Et ratio eſt, quoniam concubi-
na clerici, ſortitur forum ipſius clerici, quò
ad delicta commiſſa, cum clerico; eſt tex. &
Gloſſ. in cap. eos, 32. diſtinct. vbi habetur,
quod concubina clerici debet puniri per Epi
ſcopum; & ſi non poteſt eum punire, vel in-
3 dulget; tunc poterit puniri per Iudicem ſæ-
cularem; quod clarius dixerunt Archid. &
Dom. de ſancto Gemin. in d. cap. eos. Au-
frer. in tractat. de poteſtat. iud. ſæcul. regul. 2.
num. 34. in 16. tom. tractat. diuerſ. cart. mihi
191. Abb. Panorm. in cap. 2. de cohabit. cler.
& mulier. & in cap. cum ſit generale, de foro
compet. Rom. ſingul. 665. numero ſecundo,
Io. de Platea in l. prima, C. de mulier. & in
quo loco, lib. 10. Gloſſ. in ca. clericus. 11.
quæſt. 1. Marquat. in tract. de cælibat. par. 3.
cap. 1. numero 10. & 12. Arn. Problema
4 81. vbi adducit rationem ſcilicet; quia con-
cubina eſt de familia clerici, & ſic per conſe-
quens eſt ſuppoſita Iudici eccleſiaſtico, quod
etiam dixit Proſper Petra, in addit. ad Capic.
dec. 102. in lit. A. Decian. in tract. crim. par.
ſecunda, libro ſexto; cap. 21. num. 37. & 38.
Octau. Vlpelli in tract. de libert. eccleſiaſt.
parte 3. numer. 23. qui duo vltimi latè exa-
minant iſtam ſubampliationem, ad quos me
remitto in iſta concluſione.
5 Sed recenter Nouarius, in ſuo tractatu de
Elect. & variat. fori quæſt. 7. n. 3. ſect. 3. ve-
rius putat, ſupradictorum opinionem eſſe
veram circa materiam peccati, & ſic concu-
binatus; non autem circa delicta, quæ fortè
concubina Clerici commiſiſſet.
6 Ex quibus pariter infero, poſſe Iudicem
Eccleſiaſticum contra concubinas procede-
re; ipſaſque punire. c. 2. de cohabitatione cle-
ricorum Gl. in c. eos, 32. diſt. vbi Dominic.
& Archidic. Rubeus in repet. c. 1. de donat.
inter. ſecundo notabili, §. 2. n. 23. Rom. ſing.
7 65. Siuè concubina ſit publica, ſiue ſecreta
8 &c. d. c. 8. Conc. Trid. Et quia cum cleri-
cus tacitè ſit aſtrictus voto caſtitatis, c. vn. de
voto, libro 6. Mulier fornicatrix committit
crimen inceſtus, et ſacrilegij, c. Virginibus,
9 27. q. 1. At ſacrilegij crimen ad Eccleſiam,
pertinet, c. quiſquis 17. q. 4. merito igitur
Iudex Eccleſiaſticus concubinam tam pu-
blicam, quam occultam punire poterit; quid-
rit;

quid in contrarium velit Boſ. in pract. tit. de
coitu damnato, n. 28. & Imol. in c. 2. de fo-
ro competenti.

SVMMARIVM.

1 *Concubinarius non dicitur, pro vnica vice co-gnoſcens mulierem.*
2 *Sodomita non dicitur per vnicum actum.*
3 *Pena Bullæ Sixti V. circa delationem habitus non habet locum per vnicum actum.*
4 *Concubinarius quis dicatur.*
5 *Concubinarius dicitur quis ex concubitu venereo triplicato.*
6 *Meretrix quæ dicatur.*
7 *Aliud eſt ſolitum, aliud exercitium.*

Clericus habens acceſſum carnalem per tres vices ad mulierem ſuſpectam, an dicatur habere cum ea conſuetudinem, vt poſſit, tamquam Concubinarius puniri, virtute Concilij.

RESOLVTIO XVII.

SAtis notabilis, & occurrens eſt Quæſtio iſta,
prout ſepius mihi in facto accidit, conſul-
tus à nonnullis Reuerendiſſimis Regni hu-
ius Epiſcopis; Si clerici trina vice cognoſcen-
tes mulierem ſuſpectam, poſſent appellari
Concubinarij; ita vt poſſent puniri, iuxta
terminos Sacri Concilij Tridentini? Et nul-
1 li dubium eſt, quod pena concubinatus non
habet locum per vnicum actum, vt per Diaz.
2 in praxi Crim. can. c. 82. in princip. Hinc à
ſimili, Sodomiæ pena, nec habet locum per
vnicum actum, vt per nos, reſol. 302. p. 1. &
3 & deciſ. 145. p. 4. Piguer. deciſ. 40. Prout
etiam pena Bullæ Sixti V. circa habitus cle-
ricalis delationem, ceſſat per vnicam contra-
uentionem, ad latè tradita per Nouarium
iuniorem, Eccleſ. Neap. Canonicum, ſuper
4 d. Bull. declarat. 2. Cum Concubinarius di-
catur, qui habet rem cum femina ſoluta, vel
coniugata, tenendo eam ad venerem, ac ſi
eſſet vxor, ad tradita per Bonacin. q. 4. p. 14.
num. 9. de ijs quæ pertin. ad vſ. matr. tom. 1.
Sed dum non ſumus in caſu vnici, ſed trini
actus, videbatur prima facie dicendum, per
trinum actum cognitionis carnalis, habitæ
cum femina eadem, non incidiſſe in penam
concubinatus; ex eo quod, reiteratæ vices,
ac frequentia factorum, ex vſu quaſi conti-
nuo, requirebatur, vt in ſimili probat Impe-
rator, in §. item lex Iulia, Inſt. de adult. vt
etiam penas ſodomiæ euitabant Clerici, ſi
ſolum bis, vel ter, hoc deteſtabile crimen
commiſerint. Nauarr. in man. c. 27. n. 249.
verſ.

verſ.tertio dico.Maiol.lib.5.c.43.n.3.Eman. Sà in ſumm. p.1. cap. 209. & qq. reg. tom.1. q.30. artic.10. Sayr.de cenſur.lib.7. c.12. n. 23. Auil. eod.tract. p.3.d.4. dub.7. Henriq. in ſumm. lib. 13.c.36. in comment. lit. N. & lib.14.in coment. lit.T. Bonacin.de matr. ſacr.q.4.p.11.n.2. Suar.n.5. diſp.31. ſect.4. num. 22.

5 Sed his non obſtantibus, conſului Præatos, Clericos incidiſſe in pęnas à S.C.T. impoſitas contra Concubinarios; ea nempé ratione, nam d. Sac. Conc. vtitur verbo Conſuetudine, ibi: (Aut cum ijs vllam conſuetudinem habere audeant) quæ conſuetudo inducitur per duos actus, Iſern. in c.Imperales §. præterea dicatur, n.2. in fi.de prohib. feud. alien. Creſc. deciſ.1. de conſuet. Rauden. var.reſol.lib.1.c.17.n.56.Theſaur. quæſt. forenſ. lib.1. q.36. num.16.Menoch. conſ. 428. n.6.vol.5. Gail. obſer. 31.num.7. lib.7. Et facit a pari ratione, Nam meretrix
6 dicitur, quæ eſt ſolita & pluries meretricari; vt eſt text.in cap. vidua, 34.diſt. vbi Archid. & Præpoſ. quod verbum intelligitur ſecundum ſubiectam materiam, & Socin. conſ.54. col.3.vol.3.docet, ad minus debere eſſe tres: ſequitur Peguera, dec. 12. ſuper qua videnda eſt pulcra diſtinctio Ripæ, in cap. 1. col. pen. verſ. item nota, de Iudic.

7 Nec videtur obſtare, quod diximus de pęna ſodomiæ, quæ non habet locum per trinum actum. Nam eſt diuerſa ratio cum Bulla Pij V. non vtatur verbo, Solitum, ſed, Exercentes; quod verbum Exercitium, plures iteratas vices, ex vſu quaſi continuato, requirit; vt habetur in d. §. item lex Iulia, quæ non ſolum temeratores alienatum nuptiarum gladio punit; ſed eos, qui cum maſculis nefandam libidinem exercere audent; & ideo non incurrunt, ſi ter, deſtabile illud crimen comiſerit. vide Altred. de relig. diſcipl. tuend. lib.2. c. 15. §. 5. n.26.

SVMMARIVM.

1 *Adiens, & recedens exterus, ſi in acceſſu etiam iterato cognoſcit fœminam, non dicitur Concubinarius.*

2 *Conſuetum non eſt, quod eſt diuerſis actibus interruptum.*

An ex actibus, ſeù copulis interruptis, habitis cum eadem fęmina, inducatur concubinatus, ad effectum vt puniri poſſit poena, à S. C. T. inflicta.

RESOLVTIO XVIII.

1 TEmpore, quo, Vicariatus Generalis, Ciuitatis Neap. officium gerebam, fuit inquiſitus quidam Clericus, qui tanquã exterus, certo anni tempore, poſtquam dictam Ciuitatem aduenerat, carnaliter cognoſcebat puellam, & deinde reuertebatur ad eius regionem; Et capta de hoc, informatione, fuit dubitatum, ſi poterat moneri vt deſiſteret ab illicita conſuetudine, ſub pęnis contentis in S.C.T. Quare diſcurſo articulo, fuit per nos reſolutum, non potuiſſe appellari concubinarium; cum actus, ſiue copulæ
2 non fuerant continuatæ, vt colligitur ex diffinitione concubinatus; nam aliquid non didicitur conſuetum, ſi fuerit diuerſis, vel interruptis actibus facta. Miſyng. obſeru. 42. centur. 3. Port. conſ.106. n. 59. Surd.conſ. 254. n.29.vol.2. & conſ.449. num.7. vol.3. Rimin.Iun. conſ.257. n.49.

SVMMARIVM.

1 *An diſtributiones veniant ſub pœna Concilij.*

2 *Diſtributiones non veniunt appellatione fructuum.*

3 *Condemnatus in fructibus, non eſt condemnatus in diſtributionibus.*

4 *Beneficiatus omittens profeſſionem fidei, fructus perdit, at non diſtributiones.*

5 *Reſoluitur, Concubinarium priuari per Concilium, etiam diſtributionibus.*

6 *Verbum, Prouentuum, includit diſtributiones quotidianas.*

An pœna priuationis fructuum beneficij contra Concubinarios Clericos, locum ſibi vendicet in diſtributionibus quotidianis.

RESOLVTIO XIX.

1 PRO reſolutione huius articuli, prima conſideratione videbatur ſentiendum, Clericum Concubinarium non poſſe priuari diſtributionibus, quotidianis; nam diſtributiones quotidianæ non veniunt appella- 1
2 tione fructuum, cap. vnico, de cleric. non reſind. in 6. & licet dentur beneficia propter beneficium; fructus tamen non ſunt. Oldrad.conſ. 118. nu.1.Rot.deciſ. 33.nu.1. & 2. de ſenten. & re iudic.in antiq.latè Couar. lib.3. var. c.13. nu.1. eadm. Rot. deciſ. 230. nu.1.par.1.diuerſ.Gutier.conſ.8.nu. 2. Hinc videmus, diſtributiones quotidianas non cõputari in fructibus, iuxta regulam Cancell. de exprim. ver.val. benef. Eadem Rot.deciſ.

7. de præbend. in nou. & Verall. deciſ. 65. par. 1. Prout etiam in condemnatione fructuum
3 perceptorum, regulariter non veniunt diſtributiones quotidianæ, quæ dantur intereſſentibus qualibet hora, pro ſeruitio perſonali; nec ſunt de corpore beneficij, ſed dantur ratione perſonalis laboris, & mercedis, Boer. deciſ. 340. nu. 4. Verall. deciſ. 29. p. 2. qui allegat Extrauag. Cum nonnullæ. la prima, de præb. vide Put. deciſ. 383. num. 7. lib. 1. Rot. deciſ. 1170. num. 2. par. 3. diuerſ.

4 Et eo magis ſic concludendum putabatur. Nam in Curia Archiepiſcop. Neapol. ſuit iudicatum, beneficiatum per omiſsionem profeſſionis fidei, amittere fructus; non autem diſtributiones quotidianas; vt per nos, in deciſ. 212. par. 4. Nam in percipiendis illis, magis laboratur, & plenius acquiruntur quam fructus; ita vt de illis poterit Clericus, vti verus dominus, teſtari. Gemin. in cap. vnico, §. qui verò, num. 3. Verall. dec. 92. num. 3. par. 1.

5 Quidquid tamen ſit, pro affirmatiua opinione ſcripſi, in prax. Archiepiſ. par. 1. deciſ. 361. num. 5. verſ. ampliatur 2. in antiquis; nempe, pœnam priuationis fructuum beneficij locum ſibi vendicare, etiam in diſtributionibus quotidianis; vt per Nauarr. conſ. 6. de verb. ſignif. & Sayr. deciſ. 7. eod. titulo, Tanto magis, quia Concilium vtitur etiam verbo Prouentuum, quorum appellatione, veniunt diſtributiones quotidianæ; vt per Nouarium, forenſ. quæſt. 131. nu. 14. lib. 1.

SVMMARIVM.

1 *Concubina debet vnius tantum eſſe.*
2 *Concubina vbi eſt plurium, dicitur meretrix.*
3 *Pœna concubinæ non punitur mulier, copiam ſui faciens, ob amorem.*

Habens conſuetudinem carnalem cum muliere, quæ rem carnalem cum alio habet, an dicatur concubinarius?

RESOLVTIO XX.

1 IN quamplurimis cauſis vertentibus, tàm in Curia Archiep. Neapol., quam in alijs Curijs, ſemper fuit reſolutum, talem perſonam minimè dici concubinarium, ad effectum, vt puniri poſsit, iuxta formam traditam à Concilio; quæ opinio probatur ex notabili Doctrina Auendan. de exequendis mandatis, lib. 1. cap. 26.

2 Et ratio videtur, quoniã eo caſu pótius meretrix, quam concubina nuncupatur, Menoc. de præſumptionibus, lib. 2. cap. 91. & in conſ. 27. num. 6. & ſequent. vol. 2. Monald. conſ. 71. vol. 1. Merend. in conſ. 56. num. 7. & ſequent. latiſsime iuxta morem, Nouarius, qui benè loquitur, in ſuo nouo tract. de elect. & variat. fori, quæſt. 12. ſect. 2. vbi quænam, Meretrix appelletur, ſatis enixè declarat.

3 Et ex eodem Menoch. in tract. de arbitrar. iudicum, lib. 2. cent. 4. caſu 328. nu. 14. quem refert Anna, ſingul. 338. colligitur, pœnam non procedere contra concubinas, in illa muliere, quæ ob amorem, ſui ipſius copiam amanti fecit.

SVMMARIVM.

1 *Teſtes quomodo debent deponere, ſuper concubinatu.*
2 *Concubinatus eſt taliter habendus in vicinia.*

Teſtes qualiter deponere debeant ſuper probatione concubinatus.

RESOLVTIO XXI.

1 ADuertant teſtes deponentes de huiuſmodi concubinatu, quod concludant vt quis aliquam fæminam teneat; nam, ſi concubina tenet Clericum, aut vxoratum in domo ſua, eique præſtat neceſſaria, & fecit expenſa, debent teſtes deponere, ne conuincantur de periurio, quod ipſa tenet eum; & ita notat in Specul. Ioan. Andr. in tit. de cohabit. Clericorum, & Mulier. & ſequitur Hippol. in repet. rubr. de probat. fol. 42.

2 Item ſemper concludant in teſtimonio, de reputatione populi, aut viciniæ; concludentes, qualiter illi habentur pro concubinarijs; nam publicè dicitur aliquis excommunicatus, qui pro excommunicato reputatur in populo, ſeù vicinia, vt eſt Gloſ. in cap. exceptionem, de exception. facit textus in cap. Fælicis, de pœnis, lib. 6. & quod notat Lup. in cap. per veſtras, §. 27. num. 16. & cum agatur de probando delicto manifeſto, & non de notorio; ideo talis exigitur probatio, vt in l. ciues, & incolæ, & ibi Gloſ. Cod. de appellat.

SVMMARIVM.

1 *Conſ. Nauarr. 1. de cohabit. cleric. reprobatur, & num. 2.*
3 *Concubinarius non eſt appellandus ex ſimplici incontinentia.*
4 *Fornicator qua pœna puniatur.*
5 *Continentia perſuaderi poteſt, at non imperari.*
6 *Infirmitas Carnis erat moleſtiæ etiam S. Paulo Apoſtolo.*

7 Clericus

7 *Clericus etiam in ſacris, repertus cum muliere, eſt leuius puniendus.*

An Concubinarius quis appellandus ſit, ex ſimplici incontinentia; ita vt poſſit puniri pœna contenta in S.C.Trid.

RESOLVTIO XXII.

1 EGo ipſe, in praxi Archiep. p.1. in antiq.
dec. 361.nu.6. in fine. allegando conſ.
Nauarr. 1. de cohabit.cleric.quod eſt Deciſ.
4. de adulter. ſcripſi, Concil. Triden. ſeſſ.
25. c. 14. de reform. habere locum etiam in
ſimplici incontinentia, etiam ſine qualitate
2 concubinatus; Et facta in hoc reflexione,
Conſilium dicti Nauarri neſcio qua ratione
fulciri valeat; dum S. Concilium Trident.
loquitur de conſuetudine cognoſcendi ali-
quam mulierem, quę nullatenus cadere vi-
3 detur in ſimplici incontinenti; nam non poſ-
ſet dici concubinarius, ſed ſimplex fornica-
4 tor; & ex ſimplici fornicatione non poteſt
puniri pęna priuationis beneficiorum, ſed
eſt inferenda leuis pęnitentia arbitrio Iudicis;
vt benè per Triuiſan. deciſ. 59. lib. 2. vnde
Diaz, in eius prax. crimin. canon. verb. Cō-
5 cubinarij, inquit, continētiam perſuaderi poſ-
ſe, ſed non imperari. c. integritas, 32.q. no-
tat Innoc. in rubr. de ſponſal. in princ. Abb.
in cap. cum olim, de cleric. coniugat. Et ideo
pauci ſine vitio incontinentiæ reperiuntur.
c. quantum, 50. diſtinc. & melius eſt redar-
gui de miſericordia, quam ſeueritate. c. vlti-
mo, 32.q. Dyaz. n.5. Gramat. dec. 94. n. 3. 5.
& 6. Prępoſ. in rubr. de ſpōſal. in princ. eratq;
6 moleſtia, etiam Apoſtolo, qui fuit vas ele-
ctionis. c. ſi Paulus, 3. q. 5. dum dixit, datus
eſt mihi ſtimulus carnis, qui me colaphizet.
c. 12. ad Corinthios; arctiſſima enim eſt via
continentiæ. Luc. de Penna, in l. mulieres,
C. de incol. lib. 12. Et ideo Clericus etiam in
7 ſacris, repertus cum muliere, pro ſimplici
fornicatione, eſt arbitrio Iudicis pęna mol-
lienda; ita Dec. in c. at ſi clerici, num. 35. de
Iudic. & Abb. n. 36. inquit, quod ſemper Iu-
dex debet in mitiorem partem inclinare, &
conſequenter ipſum non punire pœna con-
cubinatus.

SVMMARIVM.

1 *Clericus commendatarius concubinarius punitur pœna contenta in S. C.*
2 *Commendatarÿ dicuntur Beneficiati.*
3 *Beneficium non dicitur vacare, niſi de medio ſublato commendatario.*

Clericus Concubinarius, ſi aliquod habeat beneficium in commendam; Num priuari poſſit fructibus illius?

RESOLVTIO XXIII.

1 DIcendum eſt, quod diſpoſitio Concilia-
ris Seſſ. 25. cap. 14. de Reformat. con-
tra Clericos concubinarios, habet locum,
etiam in commendatarijs; quoniam & illi
quoque faciunt fructus ſuos. Roman. conſil.
350. n. 8. Capic. deciſ. 3. n. 8. & 9. Put. deciſ.
75. nu. 3. lib. 1.
2 Item, quia Commendatarij dicuntur Be-
neficiati, vt per Graſſ. in tract. de effect. Cle-
ricat. effect. 1. n. 1226. vbi quod gaudent ob
hoc, beneficio fori, ſequitur Nouarius, in
opuſculo noui Iuris Pontificij, concluſ. 2. n. 6.
de foro competenti, pag. 203.
3 Et beneficium non dicitur vacare, vbi il-
lud eſt datum in commendàm. Guid. Pap.
deciſ. 152. n. 2. niſi in effectu moriatur com-
mendatarius, quo in caſu beneficium com-
mendatum vacat. Verall. deciſ. 144. part. 1.
Franc. Marc. deciſ. 1109. n. 3. vol. 1.

SVMMARIVM.

1 *Verbum, Quorumcumque, dicitur vniuerſale.*
2 *Fratantiæ, in Ciuitate Neapolis, habentur pro beneficÿs Eccleſiaſticis.*

Clericus Concubinarius, habens Fratantiam, An poſsit priuari eius fructibus, vel ipſa, iuxta formam Concilij.

RESOLVTIO XXIV.

1 VIdemus quod Sacrum Concilium, Seſſ. 25. cap. 14. de Reformat. loquitur per verba generalia, nempè de obuentionibus, prouentibus, &c. necnon vtitur verbo, Quorumcumque, quod eſt vniuerſale, vt colligitur in Auth. quibuſcumque, C. de Sacroſ. Eccleſ. cap. quia plerique, de Offic. Ordinar. in 6. & includit omnes caſus, l. à procuratore, C. Mandati. cap. ſolitæ, de maiorit. & obedient. Dec. conſ. 113. Vndè, ſi quis dixerit, Quemcumque virum, omnes homines comprehendere, arbitratur Socin. Iun. conſ. 38. & probatur in l. Edicto, in princip. ff. de Iur. Fiſc. Quin etiam facit, vt omnia comprehendantur, quæ alias in ſimplici diſpoſitione non venirent. Gloſ. in Clem. 1. de

decim.

decim.in verbo, Quicumque. Sam. de Triennal. poſſeſſor. quæſt. 2. n. 3. Surd. conſ. 73. nu. 64. Itaut includantur illi, qui impropriè ſunt tales. Bart. in l. quicumque, C. de ſeru. fugit. Alexand. conſil. 17. vol. 4. Barbat. conſ. 48. vol. 4.

2 Quare cum Confratantiæ iſtæ in Ciuitate Neapolis habeantur loco beneficiorum; taliter quod illas habens, gaudeat priuilegio Fori, ac ſi beneficium haberet, Nouarius concluſ. 2. num. 8. de foro competenti. Ideò diſpoſitum in Clericis concubinarijs, habentibus beneficia, debet procedere in illis, qui habent iſtas Fratantias.

P R A X I S

Cognitionis Regularium extra Clauſtra delinquentium.

S V M M A R I V M.

1 *Concilium Tridentinum, ſeſſ. 6. cap. 3.*
2 *Textus ad idem, in ſeſſ. 25. de reform. c. 14.*

Quod nam diſcrimen ſit inter Regularem degentem intra Clauſtra, & extra; & ad effectum pœnæ infligendæ contra ipſum.

R E S O L V T I O I.

1 Differentia colligitur ex duobus Sacri Concilij Tridentini locis.

Primus eſt in *ſeſſ. 6. cap. 3.* cuius tenor eſt: *Eccleſiarum Prælati ad corrigendum ſubditorum exceſſus, prudenter, ac diligenter intendant, & nemo ſæcularis Clericus, cuiuſuis ordinis perſonalis, vel regularis extra monaſterium degens, etiam ſui ordinis, priuilegij pretextu tutus cenſeatur, quominus, ſi deliquerit ab Ordinario loci, tanquam ſuper hoc à Sede Apoſtolica delegato, ſecundum canonicas ſanctiones, viſitari, puniri, & corrigi valeat.*

2 Secundus eſt *in cap. 14. ſeſſ. 25.* cuius tenor eſt: *Regularis non ſubditus Epiſcopo, qui intra clauſtra monaſterij degit, & extra ea ita notoriè deliquerit, vt populo ſcandalo ſit, Epiſcopo inſtante, à ſuo ſuperiore, intra tempus, ab Epiſcopo præfigendum ſeuerè puniatur, ac de punitione Epiſcopum certiorem faciat; ſin minus, à ſuo Superiore, officio priuetur, & delinquens ab Epiſcopo puniri poſſit.*

S V M M A R I V M.

1 *Prohibitum fieri in clauſtro, dicitur prohibitum fieri in oſtio.*
2 *Domus appellatione, quæ contineantur.*
3 *Statutum puniens inſultantem in Domo, non comprehendit inſultantem in Oſtio domus.*
4 *Caſus ommiſſus, in odioſis, non continetur ſub ſimplici.*

Delinquens in oſtio Clauſtri, an dicatur delinquere extra Clauſtra, ad effectum vt poſſit ab Ordinario puniri.

R E S O L V T I O II.

Primo videtur reſpondendum negatiuè, ex eo, quod per tex. in cap. ſicut antiquitus, c. ſi quis in atrio, & cap. quiſquis, 17. q. 4. cap. nulla, & ibi Gloſ. 12. q. 1. l. cætera, §.
1 hoc Senatus conſultum, ff. de leg. 1. vbi prohibitum fieri in Clauſtro cenſetur etiam prohibitum fieri in atrio, vel porticu Clauſtri, vel circumcirca, per quadraginta paſſus, & dixit Bart. poſt. Cyn. in l. præſenti, C. de his, qui ad Eccleſ. confug. & in l. meminiſſe, ff. de offic. proconſ. quod quemadmodum quis non poteſt capi in clauſtro; ita etiam nec in oſtio ipſius; & quod ſi ſtatutum puniat aliquem aggredientem in domo ſua, ſi aſſalierit illum in oſtio, vel ante oſtium, vel in porticu, eadem pœna erit puniendus; ſequitur Specul. in tit. de iniur. §. 1. verſic. pone in ſtatuto, Bald. in l. ſi ita, §. idê ait, ff. naut. caup. & ſtabul. & in rubr. ff. ſolut. matr. Iaſ. in d. l. 1. Anchar. conſ. 160. ſub n. 4. Alberic. in d. l. præſenti, & in 2. part. Statutorum, q. 208. vbi ait ita communiter teneri, & ſeruari, & de communi teſtatur Auguſt. ad Angel. de maleſ. in verb. fecit inſultum, poſt num. 3. Clar. in §. fin. q. 82. Statuto 10. incip. Statutum puniens, & ibi Baiard. 111. Et ratio eſt, quia appellatione domus continetur oſtium, & alia omnia, quæ ſunt ædibus affixa, l. ſi aquæductum eſt, ff. de contrahen. emption. maxime quando inſultatus eſt intra clauſuram officij, ſecundum Bart. in l. 1. §. hoc interdictum, ff. de cloac. & Iaſ. in d. §. hoc Senatus Conſultum, num. 11. quos omnes Doctores ſequuntur, vt dixit Berous in conſ. 177. ſub num. 20. vol. 3.

Contrariam tamen ſententiam puto veriorem, præſertim in materia pœnali, & odio-

ſa. *ve*

ſa,vt eſt iſta; Et ratio eſt, quia licet oſtium
ſit de Clauſtro, non tamen eſt in Clauſtro,
3 ad text. in l. 1. §. in publico flumine, ff. de
flumin. & quod Statutum puniens inſultantem in domo, non compræhendat illum, qui
inſultauit aliquem in oſtio domus, dixit Bartolus in dicto §. hoc interdictum, & poſt
multos ibi, Alexand. in addit. & in dict. l. 1.
§. in publico. Item Alex. & communiter
alij Doct. poſt Butr. in dict. l. cætero, §. hoc
Senatus, ff. de legat. 1. Bald. in l. Gallus, §.
ille caſus, in vlt. col. ff. de liber. & poſthum.
& in l. data opera, 8. colum. verſ. 5. prædicamentum, Cod. qui accuſ. non poſſ. Alexan.
in l. plerique, poſt eundem Bart. ff. de in ius
vocan. & ibi Iaſ. Et facit; nam illæ, qui eſt in
oſtio Clauſtri, non eſt in clauſtro, nec extra
clauſtrum, ſed partim extra, & partim intus,
4 vt Gloſ. ſing. in cap. cum Sanctam, in verſ.
vir, ergo, de pęniten. diſtin. 2. & in odioſis,
& pęnalibus caſus mixtus non continetur
ſub ſimplicibus, Bart. & alij in l. 2. ff. de verb.
obligat. Berous dict. conſ. 177. num. 22. &
maxime ſi Statutum vtatur illa dictione, in,
quæ denotat, intra, & comprehendit locum
interiorem, & non exteriorem Domus, &
Clauſtri, ſecundum Bart. in d. l. Gallus, §.
ille caſus, ff. de lib. & poſthum., per text. in
d. §. in publico flumine, Salic. in l. ſi quis in
hoc genus, Cod. de Epiſcop. & Cleric. Berous in dict. conſ. 177. vol. 3. per totum, qui
latiſsime hanc firmant concluſionem; & in
materia Sacrilegij dixit Vinc. de Franch. in
d. deciſ. 402. Non obſtant deciſiones in contrarium allegatæ, Quia procederent ſecundum Bart. quando delictum fuiſſet commiſſum intra Clauſtrum, vt dixit Vincent. de
Franch. in prædicta deciſ. Et licet Alberic.
dicat, opinionem contrariam eſſe communem; tamen ſubdit quod de ſtricto iuris rigore, Statutum non poſſet extendi ad oſtiũ;
& quod hæc opinio eſt verior. Item Doct.
qui loquuntur de immunitate Eccleſiæ, vt
fuit Bart. in dict. l. præſenti; procedunt in fauorabilibus; Secus in pœnalibus, ſecundum
Beroum, & Franch. in locis prædictis.

SVMMARIVM.

1 *Atrium dicitur pars Monaſterij etiam neceſſaria, & num. 2.*
3 *Eccleſia debet habere Atrium.*
4 *Circuitus quadraginta paſſuum, venit appellatione Eccleſiæ.*
5 *Atrium Eccleſiæ gaudet eiſdem priuilegijs.*

An Regularis, delinquens in atrio Monaſterij, dicatur extra Clauſtrum delinquere, ad effectum puniendi ab Ordinario loci.

RESOLVTIO III.

IN occurrenti caſu, conſului, prædictum
Regularem minime dici poſſe extra Clauſtrum delinquere, ad effectum, vt Ordinarius loci valeat contra eum procedere, iuxta
1 terminos S.C. T. Seſſ. 25. cap. 14. Mouebar
ex eo, quod Atrium eſt pars Monaſterij, &
de eo iudicatur, vti de Monaſterio, ſecundum Bald. conſ. 31. vol. primo, Alciat. conſ.
70. nu. 6. Alban. conſ. 27. nu. 6. & ſequent.
Nouarius lib. 2. quæſt. forenſ. quæſt. 1. num.
8., vbi quod ideo pro Atrio Eccleſiæ poteſt
quis cogi ad vendendum, quemadmodum
pro Eccleſiæ ampliatione; Gizzarell. in deciſ.
37. Antonin. var. reſolut. lib. 1. reſol. 112.
caſ. 29. Ratio eſt, vt dixi, quia Atrium eſt
pars Monaſterij. Hinc Ripa dicit, Atrium
2 eſſe potius partem neceſſariam Monaſterij,
quam volumtariam, vt habetur, 3. Regum,
cap. 6. quo loci de Salomone ædificante
Templum Domino dicitur: Ædificauit
Atrium interius, tribus ordinibus; & in cap.
8. in fine, dicitur: In die illa ſantificauit Rex
medium Atrij, quod erat ante Domum Domini, & cap. 9. Deus ſanctificauit Templum
prædictum, à Salamone erectum; ergo ſine
Atrio non eſt Templum perfectum, vt refert
Nòuarius lib. 2. quæſt. forenſ. dict. quæſt. 1.
ſub num. 8. Atrium ſiquidem Sanctum eſt,
teſtè Propheta, Pſal. 95. Tollite Hoſtias, &
introite in Atria eius; adorate Dominum in
Atrio Sancto eius; ſi in Atrio adorare licet,
ergo pars Templi. Et appellantur Sacra
Atria; Sacra ſunt etenim, vt in cap. id conſtituimus, 17. quæſt. 4. ibi, & ab Eccleſiæ Atrijs.
Et non eſt dubium, Templum illud materiale fuiſſe ædificatum, & constructum; vt ex eo
cætera Templa, in quibus nomen Dei colitur, conſtrui debeant; Nam eſt illud Templum Templorum, & exemplar, tam temporalium, quam Cæleſtium Templorum.

Item probatur Exod. cap. 26 27. 39. &
42. Præcepit Dominus Moyſi, vt conſtrueret
Tabernaculum. Dicitur autem in dict. cap.
27. Facies, & Atrium Tabernaculi, & c.
vnde ex ore, & præcepto Dei, Tabernaculum
eſt pars Templi neceſſaria.

Probat itidem text. in cap. ſicut antiquitus, cap. ſeq. & cap. ſi quis contumax. 17.
quæſt. 4. Siquidem in cap. ſicut antiquitus,
ſtatui-

ſtatuitur, vt maiores Eccleſiæ habeant per circuitum quadraginta paſſus; Capellæ verò, vel minores Eccleſiæ, triginta;ergo quælibet Eccleſia debet habere ſuum Atriū. Subdit tex. in cap. ſeq. immediatè, & declarat, Si quis in Atrio Eccleſiæ, pugnam, aut homicidium facit, pro violata immunitate, puniatur vt ibi; & in cap. ſi quis contumax, dicitur, quod ſi quis de atrio Eccleſiæ, vel porticibus ſeruum proprium quòd confugit, exemerit, mulctetur, vt ibi: Et facit etiam tex. in cap. nulla, 19. quæſt. 1. vbi dicitur; Nulla ædificia in Atrio Eccleſiæ ponantur, niſi tantum Clericorum, ex quibus patet, quod Atrium deſeruit Eccleſiæ, & pars illius eſt.

4 Et Eccleſiæ appellatione venit circuitus quadraginta paſſuum, iuxta Eccleſiam, & domus Eccleſiæ contiguæ, clauſtrum, & dormitorium, & alia ad vſum clericorum deputata, cap. 3. 12. quæſt. 1. cap. quiſquis inuentus, & dict. cap. ſi quis contumax, 17. quæſt. 4. Facit, & idem Rom. in conſ. 181. vbi dicit, quod ſi cui concedatur gratia, ſeù beneficiū in certa Eccleſia, poteſt acceptare in Cemiterio, & ambitu Eccleſiæ; quia venit Eccleſiæ appellatione, & Lapius dixit in allegat. 12. quod Atrium, & habitatio Eccleſiæ, &

5 ſepta, ſeù circuitus, ſunt communes Prælato, & Canonicis; & proinde gaudent eodem priuilegio, quo gaudet Eccleſia; Vnde refert, non venire in generali mandato, ad locandum factum per Prælatum, ſicut non venit Eccleſia, quæ opinio licet Roman. in ſing. 40. incip. An habens, viſa ſit aliquantum dubia; tamen Alex. viſa fuit vera, in addit. ad Bart. in leg. ſolutum, §. fin. ff. de pignot. act. ſic, & Calcaneo in conſ. 125. n. 22. & Caroccio, qui alios citat, in tract. de locato, in tit. de locat. per Procur. quæſt. 2. num. 35. part. 2.

SVMMARIVM.

1 *Abeſſe non dicitur, qui de Superioris mandato abeſt.*

2 *Canonicus abſens de mandato Epiſcopi, gaudet diſtributionibus quotidianis.*

3 *Regulares manēs de licētia ſuperioris, extra clauſtra, ſi delinquat, poteſt capi ab Ordinario loci.*

Manens extra Clauſtrum de licentia Superioris, ſi delinquat, an poſſit capi ab Ordinario loci.

RESOLVTIO IV.

1 DE illo vero regulari, qui manet extra Clauſtrum, de licentia, & mandato Superioris, an delinquens, poſſit ab Ordinario capi, tanquam degens extra Clauſtra, & in eo obſeruari diſpoſita à S. C. T. vt debeat remitti ſuo ſuperiori, cum præfixione termini ad puniendum; Et videbatur, diſpoſitionem præfati text. Concilij minime obſeruandam;

1 Siquidem certum eſt in iure, non cenſeri abeſſe, qui de Superioris mandato abeſt, vt in proprijs terminis, voluit Bald. in conſ. 122. vol. 1. Alex. conſ. 333. vol. 3. Dec. in conſ. 129. Nauar. in conſ. 8. de Clericis non reſidentibus. Sayr. in deciſ. 10. eod. tit. Hinc

2 Rota cenſuit, Canonicum abſentem de mandato Superioris, ſi concurrat pariter vtilitas Eccleſiæ, gaudere beneficio diſtributionum quotidianarum, vt per Ludouiſ. qui concordantes congerit, in deciſ. 153. & Coccin. in deciſ. eiuſdem Rote 108. vbi plura ad hoc allegat.

3 Cæterum ſupradictis minime ſuffragantibus, contrarium fuit reſolutum, Regularem manentem extra Clauſtra de licentia ſui Superioris Regularis, ſi delinquat, minime excuſandum, quin non poſſit ab Ordinario loci capi, ad effectum Superiori Regulari eum remittendi, cum præfixione termini ad eum puniendum; Quæ opinio comprobatur ex verbis eiuſdem S.C. in d.c. 3. Seſs. 6. ibi *Etiam ſui ordinis priuilegij prætextu.* Et iuſta hanc opinionem fuit deciſum in Curia Archiepiſc. Neap. vt refert Genuen. in eius prax. cap. 57. vbi fuit ſic executum contra quendam Regularem, qui de licentia Superioris degebat in Ciuitate Neap., & extra Clauſtrum fuit inquiſitus de tonſione monetæ; & bis tortus, & non confeſſus.

SVMMARIVM.

1 *Legatis veſtibus, veniunt veſtes deſtinatæ.*

2 *Nouitius, in quibus habeatur vti Religioſus.*

3 *Filia dicitur dotata, vbi pater illi dotem deſtinauit.*

4 *Deſtinata res habetur pro facta.*

Manens in domo deſtinata ad erectionem Monaſterij, an degere dicatur in Clauſtris; ita vt ſi deliquerit extra eam, poſſit ab Ordinario puniri.

RESOLVTIO V.

RAtio dubitandi, quod dictus regularis delinquens extra Clauſtra non poſsit ab Ordinario puniri, eſt, quia manendo in domo deſtinata ad erectionem Monaſterij, cenſetur ſtare in Clauſtro; ex quo domus deſtinata ad Monaſterium, habetur pro Monaſterio;

Digitized by Google

ſterio; vt voluit Rota in deciſ. 312. in anti-
quis, Bald. in l. ex facto, ff. de hæredibus in-
ſtituendis, vbi legatis veſtibus, veniunt etiam
1 veſtes deſtinatæ, & Biſignet. in deciſ. prima
de teſtamentis, volens competere reſtitutio-
nem in integrum, etiam pro bonis deſtinatis
pro ædificanda Eccleſia, ex quo deſtinctum
ſortitur nomen, ad quod deſtinatur; Et de-
ſtinatus ad Clericatum, habetur pro Clerico,
Gloſ. in cap. 2. de Inſtitutionibus, verb. ſi
enim, Rota in deciſ. 13. de probationibus, in
antiquis. Hinc eſt, quod Nouitius vti deſti-
2 natus pro Religioſo, habetur pro Religioſo,
ad effectum gaudendi omnibus Religionis
priuilegijs, Iaſ. in Auth. ſi qua mulier, in fine,
C. de Sacroſanctis Eccleſijs. Hoſtienſ. in cap.
Statuimus, col. 2. verſ. poſtea, de regulis iuris.
3 Hinc pariter prouenit, filiam dici dotatam,
cui pater dotem deſtinauit, Gloſ. in l. cum
plures, §. cum inter, ff. de adminiſtratione
tutorum, Bar. in l. titio centum, §. titio genero,
col. 3. verſ. quæro, ff. de conditionibus, & de-
monſtrationibus, & in l. quem pupillum, in
princip. ff. de adulterijs, facit quod voluit
Arch. in cap. nouerint, verſ. dicendum eſt,
10. quæſt. 1. quem refert, & ſequitur
Collectar. in cap. fin. de immunitate Eccle-
ſiæ, locum, in quo fundata eſt Eccleſia, etiam
ante conſecrationem, ſpectare ad ordinatio-
nem Epiſcopi. Hinc eſt, quod ſi prouidea-
tur de Canonicatu, alicui non habenti Cle-
ricatum, cum Clauſula, quod debeat Clericali
charactere inſigniri, valet receptio in canoni-
4 cum; quia illa deſtinatio habetur pro facto,
vt voluit Felin. in cap. cum adeo, col. 2. de
reſcriptis.

Cæterum ſupradictis minime ſuffraganti-
bus contrarium tenendum puto, ſtante ex-
preſſa declaratione Sacræ Eminentiſsimo-
rum Congregationis, cuius tenor eſt.

Regularis manens extra Clauſtrum, de licentia Superioris, etiam in domo, deputata ad erectionem Monaſterij, niſi in dicta domo, ſit regularis obſeruantia, vel ſaltem viuat ſub Superiore Conuentualiter, ſi deliquerit, poteſt puniri ab Ordinario. Piaſeccius in ſua praxi Epiſcopali, part. 2. cap. 3. num. 22. in fine, Campanil. in ſuo diuerſ. iuris Canonic. cap. 22. nu. 2. & Barboſ. de poteſt. Epiſcopi, cap. 105. num. 17. vbi nonnullos alios, ad hoc cumulat.

Vnde manens in Grangia, & delinquens Regularis vtique poſſet per Epiſcopum puniri; quia in ea non videtur ſtari ſub Regulari obſeruantia.

S V M M A R I V M.

1 *Abſentia non inducitur ex mora breui.*
2 *Reuerſurus de proximo, habetur pro reſidente.*
3 *Diſcedere à Ciuitate non dicitur, qui animum reuertendi habet.*
4 *Habitaſſe dicitur, qui iuſta ex cauſa diſceſſit.*

Regularis diſcedens a Clauſtro, animo ibidem de proximo reuertendi, an dicatur degere extra clauſtra, ad effectum de quo ſupra.

RESOLVTIO VI.

DVbitatum quidem fuit, an Regularis
manens extra clauſtra, de proximo ta-
men ad clauſtra reuerſurus, ſi delinquat ita
manens, dicatur extra clauſtra delinquere,
ad effectum, vt valeat loci Ordinarius con-
tra illum procedere, ac vti remedio S. C. T.
Et in facti contingentia, videbatur negatiuè
reſpondendum. Ex eo, quod ex tali mora
1 breui non inducitur abſentia a Clauſtro; cũ
non dicatur abeſse, de proximo reuerſurus.
iuxta notata communiter, in l. fin. ff. de mi-
litari teſtamento; cum innumeris, traditis per
Viuium, in deciſ. 129. Et diſceſſiſſe non di-
citur, qui eſt reuerſurus. Nouarius, forenſ.
queſt. 28. n. 6. part. 1.

Et facit ad comprobationem ſupradictæ
opinionis, quod voluit Roman. in conſ. 264.
vbi dicitur, re vera continuo habitare, qui
diſceſſit a Ciuitate, de proximo reuerſurus,
2 idem Rom. in ſing. 677. Viuius, in deciſ. 477.
Fel. in proem. Decretal. verb. Rex pacificus,
num. 6. & Pariſius conſ. 159. num. 16. vol. 4.
& Alciat. in conſ. 23. vbi pariter voluit, quod
non dicatur diſcedere a Ciuitate, qui animũ
3 deliberatum habet ad eam reuertendi; &
facit tex. in l. cum filius. ff. ſi certum peta-
tur. per quem tex. omnes communiter con-
cludunt, appellatione habitantium, & habi-
tatorum, non venire ſcholarem, ex quo ha-
bet animum recedendi; per tex. etiam in l. ſi
nihil, ff. de captiuis, & poſtliminio reuerſis.
& ponit Bar. in l. quæſitum, ff. de fundo
inſtructo.

Et confert pariter ad comprobationem,
tex. in l. ſi quis ita, ff. de conditionibus, &
demonſtrationibus, vbi habitaſſe ſemper, &
4 continuo quidem dicitur, qui iuſta ex cauſa
diſceſſerit, dummodo intentionem reuerten-
di habuerit, vt voluit pariter Roman. alle-
gans tex. in l. fin. ff. de conditionibus, & de-
monſtrationibus.

In tantum, quod ille ſemper dicitur habitare in Ciuitate, qui aliqua occaſione coactus, ac iuſta, & veriſimili cauſa, extra eam per annum abſens fuerit; vt per Ang. in l. 1. per illum tex. ff. de fluminibus, & in l. prima, §. quotidiana, ff. de aqua quotidiana & æſtiua.

ria. Mora enim breuis non conſideratur. Nouarius, d. queſt. 28. n. 7. part. 1.

Cæterum totum contrarium videtur verius; nam ſufficit tempore delicti reperiri Regularem extra Monaſterium, vt ex Concilij Tridentini verbis ſatis enixè patet.

SVMMARIVM.

1 *Regularis delinquens in carceribus Epiſcopi, ab eo punitur; eo quia videtur ſtare extra clauſtra, licet ibi degat de ordine Superioris, n. 2.*

3 *Concilium vbi loquitur generaliter, ita eſt intelligendum.*

An regularis carceratus in Curia Epiſcopali, ad inſtantiam ſui Superioris, dicatur delinquere, extra Clauſtra, ſi ibidem delinquat.

RESOLVTIO VII.

FVit præterea aliquando dubitatum, an regularis carceratus in curia Epiſcopali ad inſtantiam ſui Superioris regularis, ſi ibidem delinquit, poſſit per Epiſcopum puniri tanquam degens extra Clauſtrum? Et videbatur quod non potetat puniri per Curiã, tanquam degens extra clauſtrum, iuxta Concil. Trid. cap. 3. ſeſſ. 6. de refor. ſed debeat re-
1 mitti ſuo Superiori, cum præfixione termini ad puniendum, iuxta cap. 14. ſeſs. 25. de regular. ſiquidem regularis de licentia ſuperioris degens extra clauſtrum, cenſetur eſse in clauſtro, ita dicit Abb. antiq. in cap. cum illorum, de ſententia excomm. quem ſequuntur Panorm. & Felin. in cap. ex reſcripto, de iureiurand. Verum in Curia Archiepiſcopali Neap. contrarium fuit dictum, & executum contra quendam Regularem, qui de licentia ſuperioris degens in aliqua Ciuitate extra clauſtrum, fuit inquiſitus de tonſione monetæ, & bis tortus & non confeſsus; Et contra alium regularem exiſtentem in carceribus dictæ Curiæ, ad inſtantiam ſui ſuperioris inquiſitus de ſubductione falſorum teſtiũ, qui pariter fuit bis tortus, & non confeſsus, & exbannitus à Ciuitate; quia negari non poterat, quin morarentur extra clauſtrum, & Conc. Trid. in d. cap. 3. generaliter loquitur,
3 & generaliter eſt intelligendum, l. 1. ff. de legat. præſtan. nec diſtinguit, arg. l. de pretio, ff. de public. act. & eſt latè interpretandum, cum tractet de reſtringenda exemptione, in fauorem Ordinariorum, iuxta latè tradita per Felin. in c. cum omnes, de conſtit. & licentia ſuperioris operatur, quod non inducatur Apoſtaſia; & ita audiui fuiſse iure declaratum à Sacra Congr. Concilij.

SVMMARIVM.

1 *Diſpoſitio Concilij ſeſſ. 25. cap. 14. refertur.*

2 *Bulla Clement. VIII. contra Superiores Regularium adducitur.*

3 *Epiſcopus differens, remittere regularem ad ſuum ſuperiorem, qualiter incidat in cenſuram.*

Epiſcopus differens capere informationem, & regularem petentem remittere, vt ipſum vexet carcere, an incurrat Excommunicationem.

RESOLVTIO VIII.

1 SI *Regularis intra clauſtra Monaſterij degar, & extra ea notoriè deliquerit, vt populo, ſcandalo ſit, Epiſcopo inſtante, à ſuo ſuperiore, intra tempus ab Epiſcopo præfigendum, ſeuerè puniatur, ac de punitione Epiſcopum certiorem faciat; ſin minus, a ſuo ſuperiore, Officio priuetur, & delinquens ab Epiſcopo puniri poſſit*; ita habetur in Concilio Trid. d. ſeſs. 25. cap. 14. de cuius materia Nauarr. comm. 2. de regular. n. 63 Emman. quæſt. regular. tom. 2. quæſt. 2. art. 6. & quæſt. 63. artic. 4. Armendar. in addit. ad recopill. legum Nauarræ, fol. 85. n. 59. cum ſeqq. & fol. 86. nu. 71. Aldrete in alleg. pro omnimoda regularium exempt. p. 1. cap. 6. nu. 9. Emanauit Bulla S. D. Clementis VIII. contra ſuperiores non curantes caſtigare ſuos ſubditos, iuxta formam illius Decreti, ſub pęna priuationis ipſo facto dignitatuum, & officiorum, & inhabilitatis incip. Suſcepti muneris. Romæ publicata, die 18. Martij 1596. vt apud Piaſec. in praxi p. 2. c. 3. n. 44. vbi n. 43. reſoluit, poſse regularem in caſu illius decreti, deprehenſum in delicto, deduci ad carcerem Epiſcopi, & ſumpta informatione ſuper delicto, dummodo ſine mora ſumatur, remitti cum copia proceſsus ad ſuum ſuperiorem, puniendum; & dixit Fulc. de viſitat. lib. 2. cap. 17. n. 11. quod Epiſcopus loci, litteras ſcribat ſuperiori Monachi delinquentis, de delicto commiſso, & exceſſibus, de ſcandalo populo illato; & inſtabit, vt intra talem terminum præfixum, ipſum punire velit, & de punitione facta ipſum Epiſcopum certiorem reddat; Alias ipſo ſuperiore negligenter poterit ipſe Epiſcopus eũ punire. Et illas litteras, quas Requiſitorias vocamus, de punitione Monachi delinquentis, in præſentia duorum teſtium ex communi practica, aſſignari facit.

3 Ex quibus ſic dictis notandum eſt, Epiſcopum differentem capere informationem, & Re-

& Regularum petentem,remittere,vt ipſum vexaret carceribus, non remittendo, credetem non euitare excommunicationem, tamquam detinentem carceratum regularem, in caſibus non permiſsis a iure; iuxta Gloſs.in Clem. frequens, in verbo capiunt,de exceſs. Prælatorum, & ibi hoc notat Abbas.

SVMMARIVM.

1 *Exemptus punitur propter offenſas aures Iudicis.*
2 *Delegatus punit delinquentes coram eo.*
3 *Conceſſa iuriſdictione,cenſentur conceſſa omnia, ſine quibus illa exerceri non poteſt.*

Regularis delinquens in perſonam Epiſcopi, an poſſit ab eodem puniri, tanquam Delinquens extra clauſtra.

ESOLVTIO IX.

SVcceſſiè eſt inueſtigandum, An Regularis, qui iniuriam infert Epiſcopo, vel Vicario iuriſdictionem exercenti, & eius aures offen-
1 dit, in illo actu iuriſdictionis, eam turbando, poſſit ab eodem Epiſcopo,vel Vicario puniri ſine remiſſione ad ſuum Superiorem, iuxta d.cap.14.de regular.Et de iure eſt textus in l.nullum, C. de teſtib. vbi alias exemptus punitur propter offenſas aures. latè Nouarius, in ſuo tractat. de elect. fori, quæſt. 1. ſect.4.

2 Item delegatus poteſt punire extraneas perſonas delinquentes in eius perſonam, ſi per hoc, contingat ſuam iuriſdictionem turbari. Innoc. Anton. in cap. dilectus, de pœnis. Abb.in cap.1.de offic.de legat. Item conceſsa iuriſdictione, cenſentur conceſsa
3 conceſsa omnia, ſine quibus exerceri non poteſt,l.2.ff.de iuriſd.omn.iud.cap.præstereà, de offic. delegat. Nouarius, de elect. & var. fori,quæſt.7. nu.9.ſect.1. & ſic videtur,quod requiratur priuilegium magis ſpeciale; quod non concedit Conc. Trid. ſalua tamen declaratione factæ Congr. Et ex his, Vicarius Neapolitanus fuit ſolitus, quando eius autes offenduntur à laicis, quantumuis nobilibus, eos carcerare, & punire; & ſimiliter partes, qui coram eo conuitia ad inuicem dixerunt; nam poteſt Iudex punire delinquentes corã ipſo, in officio ſibi commiſſo, nempè Aduocatos, Scriptores, teſtes, & partes,ſi ſibi inuicem dicant conuitia,vel percutiant; ſecundum Innoc. in d.cap. dilectus, qui allegat d. l.nullum; & ſecundum Anton. in prælleg. cap.dilectus. Pariter fuit ſolitus carcerare,& punire laicos iniuriam inferentes Notarijs, & Scribis exercentibus eorum officium,cum offendant Curiam; prout ipſe practicaui, tempore quò ibidem hoc Vicarij munere fungerer, annis longè elapſis.

PRAXIS

Probandi negatiuam Publicationum non Factarum à Reſignatario. Ad ornatum Bullæ Gregorij XIII.

1 *Reſignatarius tenetur verificare ſuam gratiam.*
2 *Publicatio eſt pars gratiæ.*
3 *Negatiua probatur eo ipſo, quod contrarium non probatur.*
4 *Facta non præſumuntur.*

Probatio Negatiuæ publicationis non factæ, ad quem pertineat?

RESOLVTIO I.

QVæro; Probatio Negatiuæ, publicationes non eſſe factas, ad quem ſpectet? Reſpondetur, Ad Reſignatarium. Quod probatur infraſcriptis medijs.
1 Primò,quia tenetur verificare ſuam gratiam, vt dixi in Praxi præcedenti Iuſtific. Gratiar. q.1.ex communi;Ergo etiam probare publi-
2 cationem quæ eſt pars gratiæ, cum abſque ea ſit nulla reſignatio, vt communiter Doctores volunt, & dictum eſt ſupra.

Secundo, quia Negatiua probatur eo ipſo, quod contrarium non probatur, l.4. C. de probat. Gloſs.in l.2. verbo, compellere, C.de iure emphyteut.Gloſſ.in l.2. vbi Bald. C.de enot.Aduoc. Idem Bald. conſ.78. lib. 2. Crauett. conſil.1. in fin. Lanfranc. in cap. quoniam contra, in princip. numer. 14. de probation.

Tertiò, quia facta non præſumuntur, ſed debent probari. l.ſi emancipati, C. de collat. in l. 1. Cod. de probat. l. quæſitum,

§. conſilium, C. de curat. furioſ,

His tamen non obſtantibus, Contraria opinio eſt verior, & communiùs, recepta in praxi, vt impetrans beneficium ob non publicationem, & dicens nõ eſſe factam huiuſmodi publicationem, teneatur id probare, vt fuit pluries reſolutum in Rota, & præſertim in vna Iſpolen. Archidiaconatus, coram R.P. D. Blanchetto, de menſe Decembr. 1578. & in vna Calaguritana 4. Febr. coram Eminentiſſimo Cardinali Aldobrandino. Et in alia Salamantin. de anno 1582. coram R. P. D. Bubal. & in altera Pamphilonen. coram R.P. D. Pamphilio, 5. Nouembr. 1584. & in vna Aquilana 28. Februarij 1583. coram R.P.D. Vicecomite; Et in vna Bergomen. coram Cantuccio, 21. Februar. & 4. Decemb. 1581. & in alia Theanen. coram R.P.D. Gipſio 10. Maij, eodem anno, 1586. Et in alia Lauretan. Beneficij, 9. Decembris, 1689. coram R.P. D. Orano,

3 Ratio duplex ſolet aſsignari,

Prima eſt, quia publicatio præſumitur facta, in tempore, Gambar. de auctor. legat. à later. lib. 3. n. 453. Rota deciſ. 12. de iure patronat. in antiquis; nam factum præſumitur, quod iure erat faciendum. Dec. conſ. 446. num. 7. Cephal. conſ. 9. num. 16. lib. 1. cum alijs, vt per Maſcard. de probat. Eccleſ. 134. & ob id etiam factum præſumitur, cum eſt conſuetum fieri, Bald. in rub. C. de fid. inſtrum. col. 3. tom. 8. Syluan. conſ. 68. num. 8. lib. 2. Crauett. de antiquit. tempor. parte 4. num. 230. cum alijs, vt per Maſcard. de probat. concluſ. 132. num. 5. & hoc præcipuè vt actus ſubſtineatur.

Secundo, quia Negatiua probandũ eſt per illum, qui in ea ſe fundat, ſiue agendo, ſiue excipiendo, ſiue ſit negatiua iuris, ſiue facti, ſiue qualitatis. Gloſ. in l. 2. de prob. Bart. in l. in alia, ff. de verb. oblig. Alexand. conſ. 42.
4 col. 2. lib. 6. Genuin. in cap. 15. ver. de conſanguin. lib. 6. Anchar. conſ. 254. num. 3. & eſt communis opinio omnium Doctorum, vt patet ex adduct. per Gabriel. in lib. 1. comm. opin. tit. de probat. concluſ. 6. Maſcard. de probat. concluſ. 1087. num. 1. Pariſ. 123. volum. 1. & conſ. 153. colum. vlt. vol. 4. Tiraq. de retract. §. 32. gloſ. 1. num. 84. Viu. in com. opin. 538. nu. 1. & infinitos congerit Herculan. in tract. de negat. num. 2. Et hoc ex illa communi iuris regula, quod vnuſquiſque tenetur probare ea, quæ ſunt fundamentum intentionis, l. qui accuſare, vbi omnes DD. C. de edend. l. 2. l. ab ea parte, l. in exceptionibus ff. de probat. cap. 1. vt Eccleſ. Benefic. capit. dilectus de fid. inſtrumentorum capit. vlt. de iure capit. vlt. 6. quæſt. vlt. Alexand. conſ. 18. in prin. lib. 1. Dec. conſ. 424. col. 1. Pariſ. conſ. 1. col. 2. & conſ. 22. num. 66. vol. 1. Socin. Iun. conſ. 50. & conſ. 39. nu. 62. lib. 2. Sed impetrans fundat ſuam intentionem ſuper non publicatione; ergo id probare debet; & hoc eo magis, cum præſumptio ſit pro validitate actus. Paul. de Caſtr. in l. ex imperfecto, C. de teſtament. & huiuſmodi præſumptio præualet alijs præſumptionibus. Dec. in l. poſtquam liti; num. 23. C. de pact. Et ideò vt actus valeat, receditur à natura diſpoſitionis. l. qui concubinam, §. qui hæres, ff. de legat. 3. Dec. in capit. quoniam, Abb. num. 16. de officio delegat. Alciat. reg. 3. præſumpt. 34. Hinc actus præſumitur factus omni meliori modo, vt proſit facienti. l. 1. & 2. ff. de ſolut. Bart. in l. gerit, num. 21. ff. de acquir. hæred. Soccin. conſil. 113. nu. 3. lib. 4. Tiraquell. de retract. conſanguin. §. 30. Gloſſ. 1. num. 32. Menoch. de arbitrar. iudic. caſu 126. num. 8. Et ſecundum ius diſponit, capit. ex litteris; de conſtitut. capit. ſedes, de reſcript. capit. venientes, de iure iur. Cald. conſ. 11. in fine, de feud. Crauett. conſ. 186. num. 9. & tamen præſumptio iuris, eſt probatio liquidiſſima. l. licet, vbi Iaſ. ff. de legat. 1. Pariſ. conſ. 32. num. 45. vol. 1. Dec. conſ. 54. col. prima, Abb. in capit. nihil, num. 14. de elect. Marſil. ſingul. 451. Pariſ. conſ. 41. Crauett. conſ. 229. col. vlt. Et faciunt quæ in ſimili materia ſcribunt Felin. in capit. vlt. col. 4. de præſumpt. Ioan. in l. neceſſarios, §. non alias, n. 84. ff. ad Syllan.

Non obſtant contraria, quia ad primum reſpondetur, illud procedere cum vult ſuam gratiam canonizare; nam tunc tenetur illam verificare, vt communiter tradunt Doctores, citati, lib. præcedenti. Nos vero agimus, quando aliquis impetrauit ob non publicationem.

Ad ſecundum reſpondetur, contrarium communiter recipi, vt patet ex adductis per Herculan. de negat. num. 2. & negans nunquam dicitur affirmare, l. Titius, §. vlt. ff. de manumiſſ. teſtam. Bald. in l. 2. in fine, Cod. de condit. ſeru. Pariſ. conſ. 140. col. vlt. & 141. col. penult. vol. 4.

Ad tertium reſpondetur, facta præſumi, quando ſunt conſueta fieri; Bald. in rubr. C. ſi cert. petat. Iaſ. in l. ſciendum, nu. 2. ff. de verborum obligat. Crauet. de antiq. tempor. 4. par. nu. 230. Eoque magis, cum id, quod conſuetum eſt fieri, ſit acceſſorium ad factũ principale. Curt. Iun. in l. ſi emancipati, nu. 3. Cod. de collat. Felyn. in c. cum Ferrarien. num. 1. de conſtit. Sed publicatio eſt conſueta fieri, & eſt neceſſaria ad expeditionem litterarum ipſius reſignationis; ideò debet

præ-

præſumi. Accedit quia præſumitur factum, quoties inducitur ex alijs præſumptionibus, Abb.in cap.cuncta, num.3. per illum text.de probat. Idem Abb. in cap.in præſentia,nu.3. eodem tit. Syluan.conſ.81.nu. 28. lib. 2. ſed id ſuadetur ex alijs præſumptionibus, & præſertim ex illa, vt actus ſuſtineatur, quæ preualet omnibus alijs. Dec.in l.poſtquam, nu. 23.de pact.Comprobatur etiam quia factum præſumitur, quod de iure erat faciendum; Crauet. conſ. 22. num. 5. & 149. num. 12. Cæphal. con.9.num.16. Dec. conſ. 446. nu. 7. late Maſcard.de probat. conſ. 734.

Ex quibus duæ colliguntur concluſiones; Prima, publicationem præſumi factam, per reſignatarium, atque in tempore; & non teneri id probare; Et hæc eſt communis, & recepta Doctorum ſententia. Quæ quidem eo magis procedit, ſi reſignatarius per triennium poſſedit illum Beneficium reſignatum; namque ex triennali præſumi publicationem abſque dubio, fuit reſolutum in Rota, in vna Placentin. Applicationis fructuum, coram R. P. D. Bubalo; quod etiam fuit deciſum, & confirmatum, die 3.Iunij 1584. coram R. P. D. Orano. Et eſt ratio; nam ſicuti triennalis defendit execrabilem, & non promotum ad Sacros Ordines infra annum; vt per Sarnen. ſuper regul. de triennal. quæſt. 4. & præſumit diſpenſationem; ita defendet reſignatarium, qui habet titulum, & poſſeſſionem;Et præſumi debebit publicatio, quæ pendet à facto ipſius; & non requiritur aliquod factum Superioris, & veriſimiliter ordinarius non permiſiſſet, per triennium, ſine publicatione Beneficium reſignatum poſſideri. Felyn. poſt alios, in cap. illud, num. 5. de præſumpt. qui etiam volunt ex hac conſideratione, & veriſimilitudine præſumi titulum; Ergo fortius præſumenda erit ſolemnitas, ad titulum requiſita, quæ facilius probatur, Gloſ.in l. talis ſcriptura, §. vlt. in verb. vniuerſa, ff. de legat. 1. cum alijs per Nattam conſ.102.num.3.lib. 2.

SVMMARIVM.

1 *Impetrans beneficium ob non factam publicationem, tenetur plenè probare.*
2 *Negatiua narrata in gratia, eſt iuſtificanda.*
3 *Negatiua non factæ publicationis non probetur ex publicatione facta extra tempus.*

Negatiua non factæ publicationis, an probetur ex publicatione facta extra tempus.

RESOLVTIO II.

Rota in vna Siracuſana Prioratus 4. Februarij 1065. coram Ludouiſio, cenſuit, non probari. Cuius tenor eſt: Fuit vnanimi Dominorum conſenſu, & ſine aliqua difficultate reſolutum, gratiam Pamphili nõ eſſe iuſtificatam, quoàd vacationem; Cum enim impetrauerit beneficium, propter non publicationem reſignationis in tempore, & iuxta formam Conſtitutionis fel. rec. Gregorij XIII.nõ factam à Coſimo beneficij poſſeſſore,debet hanc negatiuam plenè, & concludenter probare; hoc enim regulare eſt in negatiua narrata in gratia, vt fuit dictum in vna Salamantina penſionis, coram bo.mem. Bubalo, & in terminis Narratiuæ non publicationis, in vna Ripana Beneficij 17. Aprilis 1600.coram Domino meo Sacrato; & in alijs pluribus.

Non obſtat publicatio extra tempus, quæ fuit in actis exhibita; quia fuit producta non à Coſimo,ſed ab ipſo Pamphilo, & non concludit, quod non fuerit facta alia in tempore, cum ſit actus iterabilis.

Nam ſufficit præſumptio, & veriſimilitudo allegata, quod ſi proceſſiſſet publicatio in tempore, non fuiſſet facta alia extra tempus; debet enim per neceſſarias, & concludentes probationes demonſtrare; præſertim cum publicatio ita potuerit fieri à reſignante, ſicuti à reſignatario; & ſepius dictum fuit, ſimiles gratias non poſſe iuſtificare;niſi de duobus modis, vel per confeſſionem eius, qui publicare debuit, vel ſi expediuit litteras, quæ publicari debent, poſt tempus à Conſtitutione præfixum.

Et ad materiam, vide Seraph.deciſ. 1064. Rota deciſ. 632.num.6. p.1. in recent. & in vna Palentina coram Penia, quæ eſt impreſſ. penes Garz.de benef. par.11.cap. 3.nu.330. & in Pacen.Canonicatus, 10.Februarij 1612. coram eodem Penia, & in Acherontina, Parochialis 19. Aprilis 1613. coram Cardinali Sacrato, & etiam dixi in fin. Deciſ. 242. & Deciſ. 288. late Mareſcot. var. reſol. lib. 2. cap.1. num.21. & ſeq.

Et ita etiam codem modo reſpondit Rota, in Palentina, & Oxomen. Præſtimoniorum, coram Penia impreſſ. penes Garz.cap.3. nu. 330.

SVMMARIVM.

1 *Impetrans ob non factam publicationem,tenetur probare.*
2 *Confeſſio reſignatarij non probat Negatiuam.*

Confeſſio Reſignatarij circa publicationem non factam, non probat negatiuam non factę publicationis.

RESOLVTIO III.

SImiliter Rota cenſuit, in vna Narnien. Canonicatus 26, Ianuarij 1607, coram Ludouiſio, non probari negatiuam non factæ publicationis, ex confeſſione reſignatarij, ſe publicationem non feciſſe; ſiquidem potuit fieri à reſignante; cum per Bullam Gregorij XIII. ab vtroque fieri poſſe, ſtatuit; Cuius deciſ. Vllei ſunt videlicet,

Gratiam Melliuitani non eſſe iuſtificatam, concluſerunt Domini, informantibus tantum eius aduerſarijs; cum enim impetrauerit beneficia, ob non publicationem, debet eam concludenter probare, tanquam fundamentum ſuæ gratiæ, licet conſiſtat in negatiua, vt fuit dictum in vna Salamantina Penſionis, 25. Iunij 1582. coram Bubalo; In vna Aretina Parochialis 25. Iunij 1593. coram Orano; in Palen. & Oxomen. Præſtimoniorum 11. Martij 1594, coram R. P. D. meo Decano, & tamen Melliuitanus eam non probat; quia confeſſiones præſente Iacobo, & alia, quæ adducuntur, ad oſtendendum, ipſum non publicaſſe; quando id probarent; non tamen concludunt circa jus ejus, qui cum ipſo beneficia, de quibus agitur, permutauit; vt fuit dictum in vna Cæſarauguſtana Canonicatus, & præben. 30. Maij 1570. Coram fęlic. rec. Clem. VIII. tunc Rotæ Auditore, quia Bulla admittit ad publicandum, tam reſignantem, quam reſignatarium.

SVMMARIVM.

1 *Poſſeßor beneficij titulum probare non tenetur.*
2 *Superiore inquirente, poſſeſſor debet oſtendere titulum.*
3 *Diſpenſatus tenetur oſtendere diſpenſationem Superiori.*

Onus probandi Negatiuam Publicationis non factæ, an incumbat Epiſcopo viſitanti?

RESOLVTIO IV.

1 INter reſtrictiones, quas DD. communiter tradunt ad regulam quod onus probandi publicationem non factam, incumbat neganti, eſt, vt non procedat in Epiſcopo viſitante; nam tunc non ipſi, ſed reſignatario incumberet onus probandi illam feciſſe, ita Pariſ. in proprijs terminis, de reſignat. beneficij lib. 11. quæſt. 14. vbi limitat non procedere, quoties ſuperior vellet videre publicationem; tunc enim tenetur reſignatarius illam ei exhibere, vt communiter omnes concludunt, & in praxi tota die recipitur. Quod deducitur ex eo, quod quamuis poſſeſſore Beneficijs titulum probare non tenetur, vt eſt communis opinio, teſte Maſcard. de probat. concluſ. 1372. qui plures congerit; tamen tenetur illum ſuperiori oſtendere, qui ex officio inquirit, capit. ordinarij, vbi
2 Archidiac. ſuper verb. Exhibere. Gemin. nu. 1. Franch. num. 5. de officio ordinarij lib. 6. capit. licet Heli, vbi Hoſtien. Abb. Anan. nu. 27. Butrius num. 13. Felyn. num. 8. Archid. in capit. contra morem, ad finem diſtinctio. 100. Imol. in capit. cum noſtris, num. 27. de inſtitut. Paul. de Caſtro, in l. cogi, num. 8. C. de petit. hæred. Soccin. Iun. in ſuis fallent. reg. 525. verſ. 2. fallit. Nouell. regul. 217. in verb. titulus num. 2. & communiter omnes, teſte Maſcard. dict. concluſ. 1372. num. 19. Hinc tenetur oſtendere diſpenſationem, & alia, Felin. poſt alios, in cap. illud, num. 9. de præſumpt.
3 Et hanc concluſionem ego intelligo nedum in Epiſcopo, & eius Vicario viſitante, quod non habet dubium, ſed etiam in Miniſtris deputatis á Camera Apoſtolica, qui poſſunt compellere poſſidentes Beneficia, ad oſtendendum ſua iura; vt faciunt Epiſcopi, & communiter practicatur. Idque tamen recipit reſtrictionem, vt non procedat, quoties ſuperior conſtituiſſet ſe aduerſarium eius, qui Beneficium obtinet; quia tunc nec compellere poterit eum, ad probandum titulum, nec etiam ipſe docere de titulo, Gloſ. penult. communiter recepta, in capit. conquerente, de reſtitut. ſpoliat. & ibi Abb. Gemin. in dicto capit. ordinarij, §. 1. in 6. notabili, verſ. aut ius commune. Franc. num. 5. verſicul. limita. 1. Felyn. in capit. licet Heli, num. 9. Ioan. Anan. num. 33. verſ. 2. de ſimon.

SVMMARIVM.

1 *Reſignatarius quomodo, & quando teneatur docere de publicatione.*
2 *Inſtrumentum publicationis conſcribitur à tergo litterarum.*
4 *Inſtrumentum dicitur, probatio probata.*
4 *Inſtrumentum ſemper præſumitur verum, validum, & ſolemne.*
5 *An deperdito inſtrumento admittantur aliæ probationes; & an ſortes ſufficiant.*

6 Con-

6 *Concluditur affirmatiuè, ſed intellige, vt ibidem.*

7 *Duo teſtes ſufficiunt ſi ſint idonei, & n.9.*

8 *Tutius eſt fieri talem inſtrumentum a tergo litterarum.*

10 *Deperditis literis, ſuppletur probatio per teſtes.*

In caſibus, in quibus reſignatarius tenetur probare, publicatione, qualiter id probare debeat.

RESOLVTIO V.

1 SEd hic cadit dubium; quomodo debeat
Reſignatarius docere de publicatione
Beneficij reſignati, in caſibus, in quibus ad
id tenetur? Praxis obſeruat, vt id faciat per
inſtrumentum, confectum à Notario publi-
co, in actu publicationis, vt requirit Grego-
riana; quod inſtrumentum, communiter,
ad facilem probationem, ſolet ſcribi à tergo
2 litterarum, vt communiter vidi practicari;
quo caſu, oſtendendo litteras Beneficij reſi-
gnati, videtur reſignatarius ſatis ſufficienter
docere de publicatione, de qua conſtat à ter-
go ipſarum litterarum. Si autem à tergo lit-
terarum id non ſit poſitum, poteſt hoc doce-
3 re per inſtrumentum ſeparatum. Inſtrumen-
tum enim dicitur probatio probata, Soccin.
Sen.conſ.2.num.2.lib.3. Soccin.Iun. conſil.
1.numer.49.lib.4.Curtius Iunior, conſil.64.
num.4.Pariſienſ.conſ.54.num.3. & 104.nu.
63.volum.1.Gratian.conſ.76.num.9. libr.2.
Natta conſ.145.num.1.Roland.à Vall.num.
8.& conſ.58.num.6.vol.2.Neuiz.conſil.82.
num.2.Cephal.conſ.82.numer.2. idem Ce-
phal.conſ.247.num.1. lib.2. Alçiat.regul.3.
præſumpt.13.num.8. Grammatic.dec.19.n.
4 1.Dec.conſ.682.num.2. Et regulariter ſem-
per inſtrumentum præſumitur verum, vali-
dum, & ſolemne; Bald.in leg.cum præcibus,
C.de probat.idem Bald.in cap.illud, in fine,
de præſumpt. Dec. conſ.101.num. 1. Pariſ.
conſ.60.num.6.volum.1. Soccin.Iun.conſil.
95.num.2.volum.3. Grat.conſ.11.numer.3.
volum.2.

5 Sed ponamus huiuſmodi inſtrumentum
fuiſſe deperditum per reſignatarium, an ad-
mittendus ſit ad probandum tenorem ipſius;
& an per teſtes ſufficit id facere.

6 Affirmatiuè eſt reſpondendum ſi probet
actum fuiſſe celebratum, & ſcripturam inde
confectam, & amiſſam fuiſſe. Caſtr.in l.....
num.14.C.de teſtibus, Felin. in cap.ſicut, n.
2.de re iudic.Guid.Pap.conſ.75.n.2. Ruyn.
conſ.178.num.5. lib.1. Cephal. conſil.171.
num.47.& conſ.287.n.46.volum.2. Marſil.

7 in rubr.de probat.num.54.Et ſufficere duos
teſtes, ſcripſit Bart.in l.ſicut iniquum, C.de
fide inſtrumentorum, Angel.in l.2.§. Diuus,
8 ff.de iure fiſci, Gozadin.conſ.11. num.6. Si
ſint viri idonei, & periti; vt per Bart. loco cit.
num.2.Felyn.in cap.ſicut, in princ. de re iu-
dic.Afflict.dec.214.num.3. & dec.302. nu.
1.& plura ad hanc materiam pertinentia
congerit Maſcard. de probat. concluſ. 907.
9 Melius igitur erit ad vitandam amiſſionem,
vt huiuſmodi inſtrumentum deſcribatur à
tergo litterarum, vt ferè omnes, ex praxi cõ-
10 muni faciunt; Et ſi litteræ amittantur, tunc
etiam ſuccedit, quod ſupra dictum eſt.

SVMMARIVM.

1 *Negatiua publicationis eſt difficillimæ probationis.*

2 *Deſideratur Pontificia Conſtitutio pro modo probandi hanc negatiuam.*

Et de proficuis effectibus ipſius, ibid.

Ex regiſtro Cancellariæ ordinatur, & Archiuij id optimè probaretur, ibid.

3 *Ex matricula, & libro collectarum, probatur qualitas ſcholaris, & ſolutio collectarum, vel non.*

4 *Probatur Negatiua per productionem ſcripturæ.*

5 *Probatur non publicatio ex relaxatione litterarum.*

6 *Impoſſibilitas inducit probationem.*

7 *Negatiua probatur per actus incompatibiles cum affirmatiua.*

8 *Negatiua probatur per actus, quibus poſitis tacitè reſultat.*

9 *Probarur etiam per eos, qui actum affirmatiuum facere debebant.*

10 *Collegiales probant actum ab illis faciendum non fuiſſe factum. Idem de teſtibus teſtamentarijs, ibid.*

11 *Negatiua probatur per teſtes, qui affirmatiuam ſcire conſueuerunt.*

12 *Debent tamen tales teſtes concordare.*

13 *Probatio, quæ fit à communiter accidentib. concludit; præſumptione tamen, num. 14.*

15 *Quod in actis ſcriptum non reperitur, præſumitur non actum.*

16 *Probatur non publicatio per coarctationem loci, & temporis.*

17 *Confeſſio partis ſtrictius probat Negatiuam.*

18 *Nulla eſt excellentior probatio, Partis confeſſione.*

19 *Confeſſio partis habet vim inſtrumenti.*

20 *Contra præſumptionem iuris, & de iure admittitur partis confeſſio.*

21 *Publicatio an ſit facta in tẽpore præſcripto, probatur per annotationem ipſius publicationis.*

Quibus modis probetur Negatiua publicationis non factæ.

RESOLVTIO VI.

1 ET quia huiuſmodi impetrationes ob
non publicationem ſunt frequentes in
Curia; ideo non ab re erit deſſerere, quo-
modo poſſit impetrans probare non factam
publicationem per reſignatarium; Namque
hoc difficillimę probationis exiſtimatur; Do-
ctores in cap. quoniam contra, de probat.
Dec. conſ. 173. num. 3. Card. Pariſ. conſ. 13.
num. 16. vol. 3. Maſcard. de probat. concluſ.
189.
2 Et ideo multi impetrantes deficiunt in hu-
iuſmodi probatione. Bonum igitur eſſet, (ne
Conſtitutiones de publicandis, plerunque
ſint fruſtatoriæ ob hanc difficultatem proba-
tionum), vt S.D.N. ederet Conſtitutionem,
qua exprimeret modos probandi non publi-
cationem, vel mandaret, vt publicationes
omnes beneficiorum regiſtrentur penes
Actuarium Curiæ Epiſcopalis, vel Archie-
piſcopalis loci, vbi fiunt publicationes, vel in
Archiuio publico, vt poſſit quiſque videre
vna inſpectione, an ſit facta publicatio, vel,
ne; quod etiam tolleret quamplures lites, &
diſpendia.
Et ſi ita fieret, de facili poſſet conſtare de
publicatione, per productionem ſcripturæ,
aut per fidem, iuxta not. per Bart. in l. vlt.
Cod. de rebus credit.
3 Hinc ex inſpectione matriculæ proba-
tur, quem eſſe ſcolarem, Bartol. quem ſequi-
tur Pariſ. conſ. 159. in fin. vol. 4. Dec. in l. pe-
nul. C. de teſtament. milit. hinc ex inſpectio-
ne libri, in quo collectæ notantur, probatur
quem non ſoluiſſe collectas, Bald. in l. non
iuſtum, C. de edend. Crauet. conſ. 36. col. 1.
Grammat. deciſ. 59. nu. 16. Hinc, negatiuam
probari per productionem ſcripturæ, ſcribit
4 Alexand. conſ. 55. nu. 24. lib. 4. Dec. conſ.
561. num. 8. Pariſ. conſ. 138. col. vlt. vol. 4.
Crauet. conſ. 138. nu. 5. Corne. conſ. 91. col.
penul. lib. 4.
5 Vnde probatur primo publicatio non fa-
cta, quoties impetrans probaret fuiſſe rela-
xatas litteras reſignationis, in fine termini
dati ad publicandum, vt impoſſibile ſit litte-
ras tranſmiſſas potuiſſe eſſe ad locum, vbi
erat facienda publicatio; arg. tex. in l. filium.
primo reſponſ. ff. de his, qui ſunt ſui, vel
alien. iur. faciunt notata per Roman. conſ.
113. ſub num. 5. Menoch. de arbitr. iudic.
caſ. 475. ſub num. 5. & nu. ſequ. Mandoſ. de
6 veriſimil. notit. qu. 30. Et ex huiuſmodi im-
poſſibilitate, Rota deduxit non publicatio-
nem, ita pronunciando, in vna Salamantin.
penſionis, 27. Iulij 1574. coram R.P.D. Bu-
balo, & in alia Oximen. Scolaſtriæ; Vene-
ris 9. Februarij 1590. coram eod. Nam in tali
cauſa, data conceſſionis erat, 21. Iulij 1588.
& Bullæ fuerunt relaxatæ, 15. Aprilis 1589.
Impoſſibile enim fuit reputatum, ſpatio 5.
dierum, reſignatarium potuiſſe illas traſmit-
tere ad partes Hiſpaniarum, & illas publica-
re, cum tempus finiret, 27. Aprilis 1589.
7 Hinc negatiua probatur per actus incom-
patibiles cum affirmatiua, Paul. de Caſtr.
conſ. 380. lib. 2. dicens, probari quem non
occidiſſe Titium, oſtendendo tunc temporis
illum alibi fuiſſe; ex quo in loco delicti tunc
eſſe non poterat, Crauet. conſ. 1. col. vlt. lib.
8 1. Dec. conſ. 555. in fin. lib. 4. Ac etiam pro-
batur per actus, quibus poſitis, tacitæ reſul-
tat negatiua; vt de teſte, qui non poterat vi-
dere, ſcribunt Bal. & Angel. in l. ſi cum ex-
ceptione, §. in hac, ff. quod met. cauſ. Bald. in
cap. primo, §. porrò, qui fuer. princip. cauſ.
inueſtit. Dec. conſ. 429. col. vlt. Alex. conſ. 4.
col. vlt. lib. 6. latè Card. Pariſ. conſ. 33. lib. 2.
Crauet. conſ. 61. col. 3.
9 Secundo probatur per illas perſonas, per
quas actum affirmatiuum fieri oportebat, &
non eſt factum; vt ſunt Canonici Beneficiati,
& alij Clerici, qui ſolent in Eccleſia Cathe-
drali diebus feſtiuis, intereſſe Diuinis officijs;
nam hoc modo probari negatiuam colligitur
ex Bart. in l. non aliter, per illum tex. C. de
aduocat. diuerſ. iudic. Abb. Felin. & alij, in
10 cap. tertio loco, de probat. Vbi loquuntur
de actu non facto in Collegio, vt poſſit pro-
bari per homines de Collegio; ita de legato
non facto in teſtamento, probant teſtes in
teſtamento adhibiti; Bart. in l. exercendis, C.
de fid. inſtrum. Alex. conſ. 37. in princ. lib. 2.
& conſ. 43. col. 2. lib. 4. Felin. in cap. cum
Ioan. num. 4. q. 2. de fid. inſtrum. late Her-
culan. de negat. prob. nu. 162.
11 Et communis eſt opinio, negatiuam poſſe
probari per teſtes, per quos ex conſuetu-
dine, ſeu communiter contingentibus, affir-
matiua ſciri conſueuit, & nunc non ſcitur;
Bart. conſ. 81. Alex. conſ. 123. col. 9. lib. 4.
Barbat. in cap. tertio loco, col. 2. de probat.
Alex. conſ. 214. lib. 2. Roman. conſ. 245.
col. vlt. Dec. conſ. 233. nu. 5. Et huiuſmodi
12 teſtes cum concordant, concludunt, ad not.
per Felin. in cap. cum Ioan. de fid. inſt. Cra-
uet. conſ. 56. Iam teſtis. Ratio eſt, quia pro-
batio, quæ fit à communiter accidenti-
13 bus, optimè concludit. Bald. in leg. cum
dotem, Cod. de iur. dot. Salyc. in leg. pen.
C. vnde cogn. Card. Pariſ. con. 87. colum.
4. lib.

4. lib. 3. Præſumptiua tamen probatio erit;
vt late per Herculan. de nagat. num. 349.
Sicuti depoſitio teſtis, ſub ea ratione, quia
14 ſum vicinus, Doctore communiter in leg.
1. ff. ſi cert. petatj. Prodeſt tamen inſpicere
acta Notariorum; nam omne quod in actis
ſcriptum non requiritur, præſumitur non
actum, l. vlt. C. de iur. & facti ignor. Bal. in l.
15 ſi contra, C. de appell. Alex. conſ. 123. col.
3. lib. 1. Cardin. Pariſ. conſ. 155. vol. 1. Dec.
conſ. 483.

16 Tertio modo crederem probari non pu-
blicationem, per coarctationem loci, & tem-
poris, Gloſ. communiter approbata in l. opti-
mam, C. de contr. & commit. ſtipul. Gloſ. in
§. ſi vero, Auth. de hæred. & falcid. Bald. in
l. C. de bon. poſseſs. ſecun. tab. Florian. in l. 2.
ff. de probat. Soc. Iun. conſ. 12. nu. 22. lib. 2.
Dec. conſ. 424. Franc. Marc. deciſ. 266. p. 2.
Bertran. conſ. 154. nu. 2. lib. 6. De communi.
Viu. lib. 6. commun. opin. opinion. 538. nu. 3.
Maſcard. de probat. concluſ. 1087. n. 8. Her-
culan. de negatiu. prob. nu. 160. qui etiam
ponunt quomodo teſtes debeant deponere
ſuper probatione huius Negatiuę; quod etiã
late explicat Herculan. dict. tract. à nu. 318.
vſque ad finem.

17 Quarto modo probatur non publicatio,
per confeſsionem partis; Nam negatiua per
confeſsionem partis probatur; Bald. in l. 2. C.
de non num. pecun. Angel. conſ. 142. Butri-
gar. in l. actor, C. de probat. & communiter
Doctores, vt per Herculan. dict. tract. de ne-
gatiu. prob. num. 196. Et eſt ratio, quia nulla
18 eſt maior, & excellentior probatio, confeſ-
ſione partis. Abb. & Felin. ac alij communi-
ter, in Rub. de probat. Alex. conſ. 215. col.
vlt. lib. 2. cum ſuperet omnes alias, Card.
19 Pariſ. conſ. 75. col. 1. lib. 1. Habet enim vim
inſtrumenti; idem Pariſ. conſ. 80. col. 1. vol. 3.
Ideo licet contra præſumptionem iuris, & de
20 iure non admittatur probatio, admittitur ta-
men confeſsio partis, Alex. conſ. 91. col. 2.
& conſil. 47. lib. 6. Roman. conſ. 72. num. 14.
lib 7. Marſil. in l. 1. §. ad quæſtionem, in fin.
ff. de quæſtionibus, Pariſ. conſ. 75. col. 5. lib. 2.
Et hæc concluſio poſſet ampliari, & limitari,
vt per Herculan. de negat. num. 197. vſque
ad num. 200.

21 Dubium tamen eſt; quòmodo probatur
publicatio facta in tempore dato à Conſtitu-
tione Gregorij xiij. Cõmunis reſponſio eſt,
probari per annotationem publicationis;
nam ex ea poteſt inſpici, & videri, an in
tempore fuerit facta; & ita fuit reſolutum in
Rota, in vna Torentin. coram R. P. D. Orano,
Auditore doctiſsimo, die 12. Maij 1589.

SVMMARIVM.

1 *Negatiua non publicationis non probatur ex collatione facta Reſignatario, poſt tempus præfixum.*
2 *Poteſt interim alia prouiſio intercedere, publicata in tempore.*
3 *Non probatur inualiditas publicationis ex eo, quod ſit facta extra tempus, & cur ibidem.*

Negatiua non publicationis num probetur ex collatione facta Reſignatario, poſt tempus ad publicandum.

RESOLVTIO VII.

1 PVlcra admodum, ac practicabilis eſt iſta
Concluſio; Et in partem Negatiuam
breuiter concludendum eſt, vt non probe-
tur negatiua, ſcilicet, non publicatio, ex col-
latione facta reſignatario. poſt tempus ad
probandum; quia potuit eſſe obtenta alia
2 collatio, & prouiſio, quæ in tẽpore fuerit pu-
blicata; cum in Beneficialibus detur multi-
plicatio titulorum; ita fuit dictum in Iacen.
3 Beneficij, 21. Maij 1599. coram Orano. Si-
cut nec etiam probatur publicatio nulla, ſeu
inualida, ex eo, quod fuerit facta extra tem-
pus; tum quia poteſt eſſe, quod fuerit ob-
tenta prorogatio; tum quia potuit alia eſſe
facta in tempore, cum ſit actus reiterabilis, vt
dixit Rota, corã Sanctiſſimo, ſupra, deciſ. 20.

SVMMARIVM.

1 *Teſtificantes ſe inſtrumentum vidiſſe, vt probent, duo requiruntur, & quæ.*
2 *Fœminæ apocham non probant, cum ſubſcribentes ſe chyrographo, Mares eſſe debeant.*
3 *Teſtibus illiteratis, de miſto imperio deponentibus, non creditur.*
4 *Teſtibus peritis magis, quam alijs creditur.*
5 *Rotæ deciſio in puncto remiſſiuè.*

Publicatio an poſſit probari per teſtes, ſi amiſſa fuerit ſcriptura publicationis?

RESOLVTIO VIII.

1 TEſtes deponentes, ſe vidiſſe inſtrumentum, ad hoc vt probent. duo neceſsario requiruntur. Primo amiſſio originalis inſtrumenti, & ſecundo, quod ipſi teſtes ſint valde periti, Maſcard. de probat. concluſ. 32. num. 29. vol. 1. vt Notarij, & Aduocati; alias niſi forent Teſtes ita periti,

eorum

Digitized by Google

eorum dicta,& depoſitiones nullam facerent fidem, ita Dec.conſ.82. nu. 3. & ſcribit Abbas, conſ. 98.vol.2. Quod ſi teſtis aſſerat, ſe litteras neſcire, non poſſet perfectè ſcire de ſcripturis; & opinioni huic facilè aſſentitur, etiam Bart. nu. 6. Dec. num. 24. Curt. Iun. num. 24. Riminald. col. 5. Aquenſ.col. 3. Cagnol.nu.46. in Authent. ſi quis in aliquo, C.de edendo,qui omnes ibi indicant, iſtam fore communem ſententiam, Afflict. deciſ. 274. Vrſil. in addit. num.1. & Surd.in conſ. 109. Inſpecto num. 13. omnia ad præſentem rem ſit, egregiè abſoluit, vt nemo melius,& ſingulari expreſsit, atque exornauit artificio; imò Bolognet. in Authent. ſi quis in aliquo, num. 35. curioſè quidem ſtuduit probare, ſex requiſita fore neceſſaria, in præſenti quæſt. & tria Ferrer. conſ. 371. in materia num. 1. & ſequent. vol. 2. quæ re ipſa ad duo iam præ memorata requiſita reducuntur, vt aduertit, atque docet Surdus, conſ. 144. Ex his, nu.1. & ſequent. prout ita declarauit Sacra Audientia Barenſis, in anno. 1589. in cauſa Magnificæ Vniuerſitatis vigiliarum non leuis admodum momenti.

2 Nec ſimiliter Teſtes,ſi ſint feminæ,probat apocham. Maſcar.in tract. de probat.concl. 110.n.22. lib. 1. licet ibi congerat Doctores contrarium aſſerentes. Nam teſtes ſubſcri-
3 bentes ſe chirographo, debent eſſe mares. Maſcard.in concluſ.285. num.5.eod.volum. Prout etiam teſtibus illiteratis, deponentibus de mixto Imperio, minimè creditur, per Vinc. de Anna,in allegat. 525. conſiderandum numer. 39. & in ſingulari 507. & ſic etiam iudicauit Regia Audientia Apuleæ, in anno 1583. in cauſa tunc in ea trutinata, cum Magnifica Vniuerſitate S. Seueri.

4 Et hinc eſt, quod teſtibus peritis magis credendum eſt, quam alijs, vt per Card.in clem.1.quæſt.13.de homicid.Bart. nu. 8. & alij vniuerſaliter omnes,in proœm.S.omnem, Alexand.conſ.15.vol.1.Roland.conſ.30.nu. 26.volum.3. Et ideo creditur teſtibus peritis, vt Doctoribus, vel Notarijs deponentibus, cognoſcere litteras Notarij.

5 Et ita fuit deciſum per Rotam, in vna Abulen. Canonicatus 16.Iunij, 1589.coram Gypſio. Publicationem ſcilicet poſſe per teſtes probari.

P R A X I S

Derogationis Legum, ac Conciliarium Conſtitutionum.

S V M M A R I V M.

Sacr. Conc. Trident. Seſſ.25.de Reformat. c.5. tenor affertur.

Quid diſponat S. C. Tridentinum.

R E S O L V T I O I.

Sacroſanctum Concilium Tridentinum in Seſſ. 25. cap.5. ita cenſuit. *Sicuti publicè expedit legis vinculum quandoque relaxare,vt plenius euenientibus caſibus, & neceſſitatibus, pro communi vtilitate ſatisfiat; ſic frequentius legem ſoluere, exemploque prius quam certo perſonarum, rerumque delectu petentibus indulgere, nihil aliud eſt, quam vnicuique ad leges transgrediendas aditum aperire.*

Quapropter ſciant vniuerſi, ſacratiſſimos canones exactè ab omnibus, & quoad eius fieri poterit indiſtinctè obſeruandos; quod ſi vrgens iuſtaque ratio, & maior quandoque vtilitas poſtulauerit, cum aliquibus diſpenſandum eſſe,id cauſa cognita, ac ſumma maturitate, atque gratis, à quibuſcumque ad quos diſpenſatio pertinebit, erit præſtandum; aliterque facta diſpenſatio ſubreptitia cenſeatur.

S V M M A R I V M.

1 *Epiſcopus poteſt diſpenſare, cum conceſſa facultas eſt diſpenſandi.*
2 *Inferior non poteſt legem ſuperioris tollere.*
3 *Text.in cap. Nuper, de ſent. excommunic. appoſitus declaratur.*
4 *Diſpenſandi facultas duplex eſt; tacita, & expreſſa. Vbi de expreſſa, ibid.*
5 *Tacita eſt in lege imperſonaliter dante facultatem.*
6 *Id oſtenditur, & probatur, ac nu.7. & 8.*
9 *Diſpenſatio Inferioris ſine iuſta cauſa non tenet in vtroque foro.*

An Epiſcopus poteſt diſpenſare in lege Canonica.

R E S O L V T I O II.

1 Verior,& probabilior eſt ſententia, poſſe Epiſcopos in lege Canonica diſpenſare,

ſare, quando eis, expreſsè, vel tacitè conceditur diſpenſandi facultas, ita reſoluit Gloſ. verbo,ſuſpenſos, in capit.cupientes,de elect. in 6. Card. in capit. dilecti, in princip. de tẽporibus. ordinat. Abb.in §. final.de adulter. num.6. vbi Dec. num. 6. Soar. opin. comm. verbo Epiſcopus, num.134. Selu.de Benefic. parte 4. quæſt. 7. Rebuff. in praxi, tit. de diſpenſat.ad plura,num.27.Mandoſ. regul.13. Cancell. quæſt.6. n. 6. Borgaſ. de irregul. 3. part. tit.de diſpenſatione Epiſcoporum,n.10. Vgolin. de poteſtat. Epiſcopi, cap. 57. §.1. Marius Alter. de cenſur. tom.2. diſp.4. capit.3.verſ. ſed controuerſia.

Ex quibus conſtat, hanc eſſe hodie magis communem, & ſe ceptam ſententiam, licet olim contraria magis communis fuerit, pro qua ſententia vltra regulam capit. cum inferior, de maioritat. & obedient. & Clem. ne Romani, de electione,cum ſimilibus,quibus

2 habetur, inferiores non poſse tollere ius Superioris magis pro hac parte facit text. in dicto capit. dilecti, ibi: Diſpenſatio à Canone minime ſit permiſsa: quæ verba euincunt, Epiſcopum vel Archiepiſcopum tantummodo diſpenſare poſse in caſibus, in quibus diſpenſatio à Canone permittitur eiſdem; & ita conceditur expreſsè, vel tacitè; Aliter enim ſi ſecundum contrariam ſententiam, Epiſcopi, & ſimiles poſſint diſpenſare, in caſibus, in quibus prohibiti non reperiuntur, textus ille non bene argueret; quia quamuis Epiſcopo non permittatur, aut non concedatur à Canone diſpenſatio in eo caſu,adhuc ille poſset diſpenſare,niſi ſpeciatim prohiberetur, & conſequenter ad conuincendum Epiſcopum, & improbandum diſpenſationẽ, de qua textus ille agit, debuit Pontifex dicere, quod diſpenſatio in eo caſu à Canone nõ eſt prohibita; quod tamen non dicit, ſed è conuerſo, nempe quod diſpenſatio à canone non eſt permiſsa.

3 Non obſtat text. in cap.nuper,§.2.verſic. Quia tamen conditor Canonis, & c.quod eſt præcipuum contrariæ ſententiæ fundamentum; quia vltra alia,quæ ad illius intellectum tradunt, poſt alios, Couar. in capit. Alma mater, p.1. §.12.n.5. & 6. Duen. reg. 152. Reſpondetur enim text. illum procedere in abſolutione ab excommunicatione, quæ à diſpenſatione, de qua agimus differt; & facilius concedi ſolet, nec excommunicatus in excommunicatione decedat; & ita datur periculum animæ. argum. capit.cum illorum. 32.verſ.1. ſi fuerint, vbi gloſ. verb. ignorat, de ſentent.excommunicat.quod in diſpenſationibus non contingit. tradit Gloſ. dicto verb. ſuſpenſos,& ita poſt Borgaſ. notat Gutier. canon. lib.1. capit.3. num.4. & 5. Atq; ſic intendit Sac. Concil. Trident. ſeſs.24.de reformat.cap.6. ibi, Diſpenſare, & ibi abſoluere.

4 Aduerte tamen, legem diſpenſandi facultatem concedere Epiſcopis, aliquando expreſse prout in ſpecie capit. ſanè,de Clericis coniugat. & cap.penult.in fine,de electione, & cap.cum ex eo 34. in fine, de elect.in 6. & capit. 1. in princip. de filijs presbiteror. eodem lib. & capit.1. de ętat. & qualit. eodem lib.cum alijs,de quibus per Gloſsam primam & 3. in capit. at ſi clerici, §. de adulterijs, de iudicijs.

5 Aliquando vero eadem poteſtatem concedit tacitè, ſeu virtualiter; veluti quando hæc imperſonaliter diſpenſandi facultatem facit,quod ſcilicet poſſit diſpenſare,non adijciendo per Sedem Apoſtolicam, vel Romanum Pontificem, prout in ſpecie capit.2. de eo, qui cognouit, &c. & capit. poſtulaſti, 7. vbi Gloſſ. 3. & Doctor. de Clerico excommunicat.& capit. penult. iuncta Gloſ. vltim.

6 de pœnis,cum alijs; tunc enim, quia fruſtra diſpenſatio conceditur Summo Pontifici, qui de iure poteſtatem diſpenſandi habet, (capit.propoſuit,de conceſſ.præbend.) cenſetur illa facultas data Prælatis inferioribus. Et in hoc caſu, poteſt etiam intelligi dictum capit.nuper, d. verſ.in ſecundo, ibi, non retinuit; & ibi, eo ipſo: ita docet Gloſs, vlt. in

7 dicto capit. penult. de pœnis; vbi cum text. dicat, certos hęredes non poſſe aſſequi prælationis honorem; & ſubdat hæc verba: Niſi cum eis fuerit miſericorditer diſpenſatum; ait; Cum non determinetur à quo poſſit diſpenſari, dicit Ioan. quod Epiſcopus poteſt diſpenſare. ſequuntur Abb.ibi, num.5. Hen-

8 riq. in fine. docet etiam Gloſſ. verb. diſpenſatum, in cap. poſtulaſtis, de cleric. excommunicat. miniſtr. vbi text. decidit, excommunicatos non poſſe retinere Beneficia; ſubdens, niſi cum eis fuerit miſericorditer diſpenſatum; & ait: Cum non dicat à quo; poſſe Epiſcopum diſpenſare. ſequitur ibi Abb.num.8.reſoluunt Henriq.lib.14.de excommunicat.capit.19.num.2. & multi citati

9 à Sanch.dict.lib.8. diſp.5.n.1. Quæ quidem diſpenſatio ſi ab Epiſcopo, vel alio inferiore à Principe, poteſtatem diſpenſandi habente concedatur, ſine iuſta cauſa, non tenet in vtroque foro; vt reſoluit Couarr. de ſponſ. par.2.capit.6.§.9. num.11. Guttier. Canon. lib.1.cap.19.num.5.Sanchez de matrim.lib. 8.diſp.17.num.4.

SVM-

Digitized by Google

SVMMARIVM.

1 *Epikeia quid ſit, & an habeat locum in lege Canonica, n.4.*
2 *Iuſtum quotuplex dicitur.*
3 *Iuſtitia duplex eſt.*
5 *Epikeiæ vſus quot modis conſideratur.*

An in obſeruandis ſacris Canonibus, Epiſcopus poteſt vti Epikeia?

RESOLVTIO III.

1 EPikeia eſt equitas, ſiue conuenientia quædam, ſiue iuris benignitas, quæ ſuadet, vt in legibus benignam ſequamur interpretationem. ita Bart. in l. 1. in fine. C. de legibus. quem ſequuntur communiter Iuriſtæ; quamuis Ariſtoteles, 5. Ethicor. capit. 10. Epikeiam, partem Iuſtitiæ, ſiue iuſti emendationem dicat; de qua materia latiſſime tractant Couar. & alij penes Sayr. lib. 12. Clau. Reg. capit. 9. Suarez lib. 1. de legibus, c. 2. nu. 9. & lib. 6. c. 6. Salas, diſput. 5. de legib. ſect. 10. §. nota tamen, ſed coincidit hæc explicatio cum præcedenti; ſemper enim per talem iuris benignitatem, interpretamur, legem non eſſe ſequendam in aliquibus caſibus, in quibus eſſet error practicus, & contra iuſtitiam, vel æquitatem naturalem, ſeruare legem illam; & ſic dicitur emendatio iuſti, ſiue legis, & pars iuſtitiæ; quia tam iuſtitia, quam æquitas naturalis ſuadent, legem non eſſe ſeruandam in illis caſibus.

2 Vt autem hoc magis intelligatur, ſciendum eſt, duplex eſſe iuſtum, vnum naturale, alterum legale. Iuſtum naturale eſt, quod eſt rectum, ſecundum naturalem rationem, & nunquam deficit, ſi ratio non erret. Iuſtum legale eſt, quod humana lege conſtituitur; & hoc, licet iuſtum ſit in vniuerſali, tamen in particulari multoties deficere ſolet; & hoc non ex defectu legiſlatoris, ſed ex defectu materiæ, & circumſtantiarum legis, vt patet ex dictis.

3 Et ſic duplex eſt etiam Iuſtitia, vna naturalis, quæ manat à Iuſto naturali; & altera Legalis, quæ à Iuſto legali deſcendit; vt notant etiam DD. in ſ. citandi; & ſic etiam duplex eſt æquitas, vna naturalis, quæ reſpondet iuſtitiæ naturali; & de hac loquitur text. in l. nam hoc iure, ff. de condit. indeb. l. 1. §. ſi filijs, ff. de ſuis, & legitim. & ſæpe alias; Et æquitas hoc modo ſumpta non eſt emendatio iuris, ſed eſt potius origo, ſeu regula ipſius Iuris, ſecundum quam ius ipſum iudicatur æquum, & iuſtum, vt in l. omnibus, ff. de regul. iur. & dictum eſt ſuperius, quod omnes leges humanæ, vt iuſtæ ſint, deriuantur à lege Diuina, quæ opponitur ſtricto iuri, & de iure multum remittit; & hæc dicitur iuſti legalis emendatio; & virtus à qua hic actus procedit, vocatur Epickeia, & ad hanc æquitatem ſpectat, contra verba legis humanæ in particulari agere, quando videlicet ſeruatis verbis legis, ratione loci, temporis, vel perſonæ, ſiue ex alia circumſtantia, eſſet contra naturalem æquitatem, legem illam obſeruare; & in his caſibus Iudex non dicitur agere Iure; quia nempe, verba legis non obſeruat; dicitur tamen agere ex bono, & æquo, nempè ſecundum dictamen rationis, quod eſt ius ipſum, iuxta intentionem ipſius, ſeruare. Immò ſi hoc modo, non iudicaret Iudex, eſſet violare ius ipſum, quia in legem peccat, & contra legem agit, & committit in legem ille, qui verba legis complexus, contra legis, vel legiſlatoris nititur voluntatem, l. contra legem, iuncta l. ſequent. ff. de legibus, l. non dubium, C. de legibus, D. Thom. 2. 2. quæſt. 60. art. 5. ad ſecundum, & latiſsimè quæſt. 120. Sayr. dict. cap. 9. nu. 4. & 5. & alij deſuper relati; & hac ratione, iuriſprudentia dicitur ars æqui, & boni; quia etiam in legibus interpretandis, bonum, & æquum ſemper tueri debet; quamuis aliquando à verbis legis, & à iuris rigore recedatur, dummodo nō ab æquo, & bono naturali recedatur; & hoc ea ratione, quia ratio adæquata legis, eſt recta ratio, quæ in lege ipſa includitur, & quæ legis obligationem inducit, ceſſante dicta recta ratione legis; & lex ipſa ceſſat, vt optimè notant omnes præcitati DD. & conſtat ex dictis ſupra, quæſt. 8. & alibi ſæpiſsimè.

4 Ex dictis conſtat, primo, in lege humana, tàm Ciuili, quàm etiam Canonica habere locum Epickeiam, tàm ſi ſimpliciter, quàm etiam ex aliqua circumſtantia loci, temporis, vel perſonæ, lex ipſa redderetur iniqua; & quotieſcunque caſus ſit talis, in quo, ſi legiſlator adeſſet, non decerneret legem eſſe ſeruandam, vt docet Diu. Thom. 2. 2. quæſt. 147. art. 3. ad 2. & omnes alij deſuper cumulati, & ſic optimè conſiderant tres modos vtendi Epickeia.

Primus eſt, propter cauendum aliquid iniquum, vt ſi iniquum eſſet, in tali caſu ſeruare legem.

Secundus caſus eſt, propter vitandam acerbam, & iniuſtam obligationem; vt quia res illa eſſet nimis rigida, & excederet legiſlatoris poteſtatem, ſi vellet in his caſibus legem obligare.

Tertius eſt, propter coniecturatam voluntatem eiuſdem legiſlatoris, nolentis, ſubditos

ditos obligare, in dictis caſibus; quia nolit eos in lege comprehendere. plura exempla ponit Diu. Thom. 2.2. quæſt. 120. quos etiam reaſſumunt Sayr. dict. cap. 3. num. 5. & Suar. dict. lib. 6. de legibus, cap. 7. & 8.

5 Hic tamen vſus Epikeiæ poteſt duobus modis conſiderari. Primo in ipſomet Legiſlatore. Secundo in qualibet alia perſona. In primo caſu ſatis eſt, quod Princeps aliquam probabilem tantum habeat coniecturam, vel aliam circumſtantiam, vt verba legis poſſit interpretari; Quod ſi verba legis attenderet, cederent in damnum. Communitatis, vel alterius contra iuſtitiam. In ſecundo vero caſu, nullus poteſt Epikeia vti, niſi certò illi conſtet, legem non obligare in illis caſibus, vel ſaltem habeat probabilem rationem, nec daretur facilis recurſus ad Superiorem, & adeſſet periculum in mora, ſi vellet recurſus haberi, vt ex Diu. Thom. notant Caietan. & omnes eius expoſitores, 1.2. quæſt. 96. art. 6. Syluest. Medin. Sanchez. & alij plures, quos probat Suar. dict. cap. 8. Sayr. dict. cap. 9. nu. 6. Et cito Theologos tantum, quia, magis certè, & vere hanc materiam tractant; & qui eorum actoritate in his vtitur, tutus eſt, in vtroque foro etiam; quia hæc eſt etiam opinio Iuriſtarum, vt patet ex traditis per Couar. loco cit.

SVMMARIVM.

1 *Per Clauſ. Non obſtantibus &c. non intelligitur derogatum Concilijs.*

2 *Cum eſt derogandum Concilio, additur de Stylo: Et Concilijs Generalibus &c.*

3 *Clauſ. Non obſtante, &c. non derogat Regulis Cancellariæ.*

4 *Clauſul. adiecta, Non obſtant. & Regulis Cancellariæ &c. comprehendit eas, ſolum perimentes ipſo facto gratiam; non vero eam differentes, vel ſuſpendentes.*

5 *De Stylo exigitur ſpecialis mentio eius Regulæ, quæ intenditur derogari.*

6 *Si annexa eſt Clauſ. Quorum tenores &c. intelligitur ſufficienter derogatum.*

Concilijs Generalibus an intelligatur derogatum per Clauſulam, Non obſtantibus Conſtitutionibus Apoſtolicis?

RESOLVTIO IV.

1 PER Clauſulam, Non obſtantibus, non intelligitur derogatum Concilijs Generalibus, vt probauit Bald. in l. humanum, in 1. notab. de legibus Archid. in dict. cap. 1. col. 2. num. 2. verſ. quod ſpecialiter intelligi poteſt de conſtit. lib. 6. Felyn. in cap. 1. nu. 23. eod. tit. Dec. in cap. 1. nu 9. de Iudic. & ibi Ripa, num. 8. Præſertim, ſtante notorio

2 ſtylo, quod vbi fit derogatio Conciliorum Generalium, non dicitur ſolum de Conſtitutionibus Apoſtolicis, ſed additur, & Concilijs Generalibus, & Prouincialibus, quæ additio eſt apponenda, etiam ſi Concilium Generale ſit inſertum in Corpore Iuris, & fuit tentum per Rotam, in Vlixbonen. Decimarum 27. Nouembris 1572. coram Robuſterio, & in terminis capit. Nuper, de Decim. fuit reſolutum in vna Oriolen. Decimarum 21. Maij 1586. coram Orano; & in vna Valentina Decimarum 9. Iunij 1597. coram Pamphilio.

3 Secundo ex eadem limitatione infertur, quod Regulis Cancellariæ non cenſetur derogatum per dictam Clauſulam, Non obſtantibus Conſtitutionibus &c. ſed de illis ſpecialis mentio fieri debet, (vt plures Rota tenuit, teſte Sarnen. in proœm. Regul.

4 quæſt. quinta, verſ. ſolutio.) Et ſi ibi dictæ derogationi ſit additum; Et Regulis Cancellariæ, tunc intelligitur derogatum, etiam Regulis Cancellariæ perimentibus ipſo iure, gratiam, cuius fauore facta fuit derogatio; non autem cenſetur derogatum illis regulis, quæ non periment ortum ipſius gratiæ; ſed eam differunt, & ſuſpendunt, donec aliquid factum ſit; niſi etiam de illis Regulis in derogatione ſit facta mentio. Gemin. in capit. ſi propter, col. 6. de reſcript. in 6. cum alijs per Sarnen. vbi ſupra, quæſt. 6. col. 2. ſub littera F.

5 Immo, quod attento ſtylo, neque etiam ſufficiat derogatio generalis: Non obſtantibus quibuſcumque Regulis Cancellariæ &c. ſed requiratur indiuidua mentio earum regularum, quibus intenditur derogari, tenet idem Sarnen. dict. quæſt. 6. col. 4. & 5. qui refert Rotam, alias ſecũdum hunc ſtylum iudicaſſe; Subdit tamen, hoc non habere locum, quando vltra derogationem generalem; Quibuſcunque Regulis &c. eſt adiecta clauſula; Quorum tenores &c.; nam tunc, illis omnibus intelligitur ſufficienter derogatum, vt in multis cauſis tenuit Rota, teſte eodem Sarnen. in loco præcitato.

SVMMARIVM.

1 *Clauſula derogatoria non comprehendit ius quæſitum.*

2 *Derogatio dict. regulæ ſufficit, vt fiat in ſupplicatione.*

Derogatio etiam ſpecialiter, & in indiuiduo an operatur in Regula de iure quęſito non tollendo.

RE-

RESOLVTIO V.

1 NOtandum præterea eſt, quod derogatio etiam ſpecialiter, & in indiuiduo facta, non valet, niſi etiam contineat derogationem regulæ, de non tollendo ius quæſitum; cum illi per derogationem generalem, cum clauſula, Quorum tenores, aut etiam particularem, gratiæ alteri conceſſæ, non cenſeatur derogatum; maximè attenta ampliatione Pij Quinti, ad dictam regulam. Quo fit, vt non ſufficiat ſcientia Papæ, ſiue implicita, & quæ deſumatur ex clauſula, Ex certa ſcientia, ſiue etiam explicita, & verè narrata; ſed neceſſaria eſt ſpecialis, & expreſſa derogatio dictæ Regulæ. Caputaq; deciſ. 30. parte 3. Puteus deciſ. 265. lib. ſecundo, & deciſ. 289. lib. 3. de Graſsis, deciſ. 3. de reſcript. Late Mandoſ. ſuper regula 17. quæſt. 9. & in his terminis Rota tenuit in dict. cauſa Bononien. officij Portæ Palatij, 5. Nouembris 1595. coram Litta.

2 Et bene verum eſt, quod ſecundum Rotam ibidem, ſufficit, derogationem dictæ regulæ in ſupplicatione contineri, licet non legatur in litteris; quoniam ad ſupplicationem ſemper, tanquam ad matricem, haberi ſolet recurſus. Bart. in lege Sempronius, ff. de legat. 2. in l. ſi librarius, vbi Dec. num. 8. de regul. iur. Butrius conſ. 2. nu. 4. Rebuff. in praxi, tit. de reformat. bull. num. 2. Mohed. deciſ. 261. Caputaquen. deciſ. 75. par. 1.

SVMMARIVM.

1 *Decretum irritans non ligat Papam.*
2 *Ligat Papam, quando dicitur, Etiam per Nos.*
3 *Item quando apponitur in Conſtitutione Generali.*
4 *Decretum irritans in Regula 8. Cancellar. ligat etiam ipſum Papam.*
5 *Multo magis, ſi Conſtitutio ſit facta in Concilio Generali, non reſeruata auctoritate Sed. Apoſt.*
6 *Tunc exigitur ſpecifica derogatio, ſub pœna nullitatis ex defectu voluntatis.*
7 *Nec ſufficit clauſ. Non obſtantibus &c. Et illa, Quorum tenores &c.*
8 *Clauſ. generalis de Conſtitutionibus Apoſtolicis, non intelligitur de Conſtitutionibus Conciliaribus.*

Decretum irritans an liget ipſum Papam, vbi illi non fuerit in ſpecie derogatum.

RESOLVTIO VI.

1 SEd dubitatio non leuis naſcitur, Numquid Decretum irritans liget ipſum Papam, vel illius ſucceſſorem, quamdiu non ſit illi derogatum? In hac quæſtione Gabr. d. concl. 3. de clauſ. nu. 9. aliquos recenſet, pro opinione affirmatiua. Sed verior, & magis recepta eſt contraria ſententia, vt regulariter Decretum irritans non liget Papam; quamuis ſi loquatur de quacunque auctoritate, etiam Apoſtolica, quia intelligitur quando illa auctoritas Apoſtolica prouenit à delegatis Apoſtolicis, ſed nō quando prouenit ab ipſomet Papa, vt fuit pluries in Rota reſolutum, vt atteſtatur Auguſt. in ſuo repertorio, tit. de decreto.

Nam verba Decreti de quacunque auctoritate, non ſunt trahenda ad perſonam loquentis, neque ad tam exceſſiua, & inueriſimilia, & ſic ad perſonam ipſius Papæ; vt poſt alios ſcribit Aym. conſ. 3. num. 18. cum ſeq. & nu. 26.

2 Limita tamen hanc concluſionem non procedere, ſi dicatur, Etiam per Nos, &c. quia tunc Papa quoque comprehenditur. Aug. vbi ſupra, & tenuit Rota deciſ. 106. nu. 3. par. prima diuerſorum.

3 Secundò limita, quando apponitur in Lege, ſeu Conſtitutione generali, & in his terminis intelligi debet Pariſ. conſ. 37. lib. 4. & alij citati per Gabr. vbi ſupra, dicentes, quod Decretum ligat Papam; Quia eorum opinio procedit, vel quando dicitur, Etiam per Nos. &c. vel quando decretum apponitur in diſpoſitione generali; quia tunc ligat etiā ipſum Papam, niſi aliquid faciat, Motu proprio, vel ſi facit ad iſtantiam partis, id faciat ex certa ſcientia, cum clauſula derogatoria ipſius Decreti. Socin. conſ. 117. colum. fin. verſ. ſed quando, lib. 3. Gabr. d. concluſ. 3. nu. 5.

4 Hinc eſt, quod Decretum irritans appoſitum in Regula octaua Cancellariæ, de menſibus, & alternatiua, ligat ipſum Papam, quo ad prouiſiones contingentes in menſibus Ordinarij. Put. deciſ. 492. nu. 2. & 4. lib. 2. Deciſ. 387. num. 1. lib. 3. Mohed. deciſ. 1. nu. 4. de conceſſ. præb. Felin. in cap. cum ex officio, num. 36. in fine, de præſcript. Et ita intelligitur Gloſſator antiquus regularum Cancellariæ, in reg. 29. poſt princip. verſ. Ex quo ſequitur; vbi firmat, quod decretum irritans poſitum in iure, quo ad ordinariam poteſtatem, comprehendit Papam.

5 Quod multo magis locum ſibi vendicat, ſi Ius ſit editum in Concilio Generali, in quo non ſit expreſſe reſeruata auctoritas Sedis Apoſtolicæ, vt in terminis cap. prohibemus, de Decimis, tenuit Rota, in vna Vlixbonen. Decimarum 27. Nouembris 1572. coram Robuſterio; & in vna Oriolen. Decimarum 8. Februarij. 1588. coram Orano. Decretum enim

enim irritans, & clauſula derogatoria ad quaſuis alias ſequentes diſpoſitiones contrarias, de quibus in dicta Conſtitutione, ligant etiam ipſum Papam, ex quadam proteſtatione contrariæ voluntatis, Præſertim vbi ſolus Papa per viam priuilegij, ſeu reſcripti particulares procedit; quia tunc, ſi Papa ſpecialiter non derogat d. Conſtitutioni, vel ſaltem Concilijs Generalibus in genere, actus eſt nullus, ex defectu voluntatis, cap. pen. de Cappel. Monachorum, cap. eam te, de ætat. & qualitat. cap. nonnulli, & ibi Felin. ſub nu. 2. verſ. & nota, de reſcript. Gemin. in c. Statutum, vbi etiam Franch. Prob. & alij de præben. in 6. Oldr. conſ. 326. poſt princip. Alex. conſ. 122. nu. 9. lib. 4. Caputaq. deciſ. 176. par. 1. Caſſad. deciſ. 38. ſuper regul.

7 Et hoc procedit, etiam ſi in priuilegio, ſeu reſcripto adſit clauſula: Non obſtantibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, & clauſula, Quorum tenores; quia niſi fiat expreſſa mentio ſaltem in genere de Concilijs Generalibus, hæc clauſula genera-
8 lis de Conſtitutionibus Apoſtolicis, non intelligitur de editis in Concilio generali; ſed de editis per ſolum Papam; vt per omnes ſupra allegatos; & clauſula Quorum tenores, hoc caſu non ampliat conſtitutiones Papales ad Conſtitutiones Conciliares, de quibus non ſit facta mentio. Dec. conſ. 142. num. 7. verſ. non obſtat, dum Papa, Gabr. de clauſ. concluſ. 5. num. 17. & tenuit Rota in dicta Vlixbonen. coram Robuſterio, & inter miſcellaneарũ deciſ. 34. Propter illud verbum, quarum, quod eſt reſtrictiuum ad expreſſa. Bart. in l. hoc articulo, nu. 7. de hæred. inſtit.

SVMMARIVM.

1 *Concilio Tridentino non requiritur Clauſula ſpecialis.*
2 *Sufficit enim, vt materia ſit contraria d. Concilio.*
3 *Concilium Trident. differt ab alys Concilijs quoad derogationem.*

An Concilio Tridentino inducatur derogatio, ſi Materia ſit ei contraria quamuis mentio ſpecialis non fiat.

RESOLVTIO VII.

1 Concilio Tridentino non fit derogatio aliqua ſpecialis, ſed ſufficit, quod materia ſit contraria diſpoſitioni dicti Concilij;
2 Nam valde differt Concilium huiuſmodi ab alijs Concilijs generalibus, quæ expreſsè non reſeruarunt Sedi Apoſtolicæ liberam
3 diſpoſitionem, prout fecerunt Patres in ſpecie, & in genere, in dicto Concilio Tridentino; ideò cum Decretum irritans, & clauſula derogatoria non liget Papam in materijs dicti Concilij Tridentini, non eſt mirum, ſi non fit alia derogatio, vt fuit dictum in allegata Vlixbonen. Decimarum, coram Robuſterio; vt in præcedenti reſolutione, circa finem.

SVMMARIVM.

1 *Conciliarijs Conſtitutio varijs modis ſumitur.*
2 *Dignoſcitur Conciliaris materia ſi trahat originem à Concilio.*
3 *Vel ſi in ſubſcriptione ſit mentio, decretum emanaſſe à Concilio.*
4 *Aut ſi Pontifex attribuit Concilio Conſtitutionem.*

Conciliaris Conſtitutio, quænam dicatur.

RESOLVTIO VIII.

1 Quia dubitari poteſt quando nam dicatur Conſtitutio Conciliaris, quando autem Pontificia, vbi ab vtroque dimanat, de qua re latè Sanch. d. lib. 8. diſp. 5. num. 6. cum ſeqq. Ideo pro faciliori, & breuiori explicatione, ſequentes regulas collegi.

2 Prima eſt, ſi materia trahat originem à Concilio; nam tunc dicitur Conſtitutio Concilij; vt ſi Concilium rem illam definiendam proponat; Si vero originem trahat à Pontifice, dicitur Pontificia; cum enim Conſtitutio ab vtroque dimanet; ad diſcernendum vtri potius attribuatur, iure optimo origo ſpectanda eſt.

3 Secunda regula, quando decreti in ſubſcriptione dicitur, Ex tali Concilio, vel in tali Concilio, ſignum eſt, id à Concilio traxiſſe originem; ac proinde cenſeri Concilij.

4 Tertia regula; quando Pontifex attribuit Conſtitutionem ipſi Concilio, vt in cap. fin. 2. quæſt. 1. ibi, decernente nobiſcum Sancta Synodo, & in cap. nimis, de iure iur. ibi: Sacri auctoritate Concilij, prohibemus, ita Deci. in cap. 1. in noua edit. de iudic. vbi Alciat. num. 1. & alij, quos refert, & ſequitur Sanchez dict. diſputat. 5. nu. 6. 7. 8. & 9. & ibi, num. 11. reſoluit, cenſeri Conciliarem Conſtitutionem, vbi Summus Pontifex ſic diceret, Definimus hoc cum conſenſu Concilij. Vide Anaſtaſ. Germon. animaduerſ. libr. 2. cap. 1.

P R A X I S

Criminis impedientium Executionem Litterarum Apoſtolicar.

S V M M A R I V M.

1 *Quatuordecim perſonæ recenſentur, quæ incurrunt hanc cenſuram.*

2 *Et ſubinde quinque perſonarum genera ponuntur, contra quas actiones fieri prohibentur ſub dicta cenſura.*

Cenſura Canonis Bullæ Cœnæ contra impedientes executionem litterarum Apoſtolicarum, quas perſonas comprehendat.

R E S O L V T I O I.

1 Dico quod liget, Primò impedientes executionem prædictarum litterarum Apoſtolicarum; Secundò prohibentes eandem executionem, quocumque modo ſupradicto prohibeant, aut impediant; Tertiò impedientes, ſeu prohibentes inſtrumenta, vel acta confici ſuper executione earundem litterarum; Quartò, impedientes, aut prohibentes acta confecta tradi parti, cuius intereſt; Quintò capientes aliqua ex perſonis infra dicendis; Sexto percutientes aliquam ex illis perſonis; Septimo, vulnerantes; Octauo, carcerantes; Nono, detinentes; Decimo, eijcientes ex ciuitatibus, locis, aut Regnis; Vndecimo, ſpoliantes bonis; Duodecimo, per terrefacientes; Decimotertio, concutiẽtes; Decimoquarto, comminantes, & hæc omnia, ſiue per ſe, vel aliũ, ſeu alios, ſeu publicè, ſiue occultè.

2 Perſonæ vero contra quas huiuſmodi actiones fieri prohibentur, ſunt iſtæ. Primo Partes actrices; Secundo, agentes ipſarum partium; Tertio Notarij; Quarto exequutores; Quinto ſubexecutores litterarum Apoſtolicarũ; quę omnia iuſtificantur ex nonnullorum Doctorum authoritatibus, præſertim à Syluеſt. in verbo, Excommunicatio, 7. nu. 71. excommunicatione vigeſimaſeptima; & Tabiena, verbo Excommunicatio, cap. 27. & cap. 29. & Martino Ledeſm. 24. quęſt. 26. artic. ſecundo, art. 3. poſt concluſ. 5. ver. Nona, & à Nauarr. in Manual. c. 27. n. 68. & Sebaſtiano Med. p. 2. Sũmæ, tit. 9. q. 78. n. 91.

S V M M A R I V M.

1 *Non videtur incurrere cenſuram, qui impedit animo ſupplicandi. Et probatur, ibid.*

2 *Non delinquit, qui ſuperiorem adit.*

3 *Nec ſit locus pœnæ fideiuſſionis.*

4 *Itineris acceptio eſt loco Appellationis.*

Impediens executionem litterarum Apoſtolicarum, animo ſupplicandi Sanctiſſimum, an incidat in cenſuras Bullę?

R E S O L V T I O II.

1 Non incidere videtur, donec Rom. Pontifici ſupplicaret, ex cap. ſi quando, de reſcriptis, in illis verbis, (ſi quando aliqua tuæ fraternitati dirigimus, quæ animum tuũ exaſperare videntur, turbari non debes; qualitatem negotij; pro quo tibi ſcribitur, diligẽter conſiderans, aut mandatum noſtrum reuerenter adimpleas, aut per litteras tuas, quare adimplere non poſſis, rationabilẽ cauſam prætendas, quia patienter ſuſtinebimus, ſi non feceris, quod praua nobis fuerit inſinuatione ſuggeſtum;) Et probatur pariter in c. ſi quando, de offic. delegati.

2 Non enim delinquit, qui ſuperiorem adit. Bald. in conſ. 23. col. 1. Alex. conſ. 73. nu. 15. Monald. conſ. 7. vol. 2. Quemadmodum dicimus, quod non frangit carcerem, qui ad ſuperiorem fugit. Boer. deciſ. 215. n. 28. Maſcard. de probat. concil. 820. n. 13. Boſſ. tit. de carcer. fideiuſ. n. 46. Duen. reg. 193. limit. 3. Hond. cõſ. 49. n. 23. in 2. Gram. vot. 39. n. 12. Maſtrill. deciſ. 295. n. 32. Azeued. l. 7. n. 3. tit. 16. lib. 9. recop. Menoch. de arbitr. c. 301. n. 7. Marta, dec. 234. n. 6. Nec officialis, qui ſuperiorem adit. Carrabb. de ſindic. p. 1. nu. 214.
3 Nec ſtipulatam fideiuſſionis pęnam inducit, ex Rit. 163. Amic. conſ. 7. n. 21. Gram. conſ. 42. nu. 18. Fachin. lib. 9. iur. controu. 68. Boſſ. tit. de carcer. fideiuſſ. n. 47. Farin. q. 30. n. 172. Guaz. reor. defenſ. 5. c. 4. n. 16. Vrſil. dec. 130. n. 3. Baiard. ad Clar. §. fin. qu. 21. nu. 78. 102. Gabr. conſ. 191. n. 9. in 1. Herculan. de caut. non offend. c. 50. n. 2. Honded. conſ. 94. n. 12. in 2. Bertach. crim. conſ. 560. n. 2. Ann. ſing. 561. Caball. crim. reſol. caſ. 42. n. 4. Valẽzuel. conſ. 53. n. 22. Carrer. in prax. §. tertium eſt,
4 n. 38. Quia itineris arreptio, appellationis loco eſt, c. cum olim. de dol. & contum. c. cum cauſam, de off. deleg. c. audita, de reſtit. ſpoliat. Ioan. Andr. c. dilecti, de appell. Angel. l. cum quidam, n. 2. ff. eodem, Lap. alleg. 39. n. 5. Boer. deciſ. 215. Carrab. d. n. 214. Lancell. de attent. p. 1. c. 11. ampl. 16. à n. 1. Marta deciſ. 134. n. 6. Tuſc. lit. I, n. 1. concl. 366. n. 3.

S V M M A R I V M.

1 *Cenſura contra impedientes, &c. ligat etiã impedientes litteras delegatorũ à Sede Apoſtolica.*

2 *Falſi*

Digitized by Google

2 *Falſi crimen non committitur in litteras Delegati Apoſtolici.*
3 *Bulla loquitur contra impedientes executionem litterarum Apoſtolicarum, quæ fit per executorem, ſeu delegatum.*
4 *Nomine mandatorum Apoſtolicorum veniunt Mandata Delegatorum.*
5 *Delegatus in ſuo munere, eſt maior Ordinario.*
6 *In Mandatis Delegati ponitur Clauſ. Noſtris imò verius Apoſtolicis obedire Mandatis, &c.*

An cenſura hæc procedat contra impedientes executionem litterarum Apoſtolicarum delegatorum.

RESOLVTIO III.

1 Concluſi in facti contingentia, in cauſa mihi a Sede Apoſtolica delegata, cenſuram dicti Canonis verificari etiam contra eos, qui litteras delegatorum impediebant;
2 Quamuis enim tales litteræ non dicerentur propriæ Apoſtolicæ; adeò quòd, faciens aliquid circa eas, non incidebat in pœnas, in quas committens circa litteras Apoſtolicas, de quibus in capitul. ad falſariorum, de crim. falſ. prout notabatur per Abb. in cap. olim ex litteris, in ſecundo notab. de reſcript. per Hoſtienſ. & alios in c. ex litteris, de fide in-
3 ſtrum. Tamen dicebatur comprehendi executores litterarum Apoſtolicarum, cum tenderent ad executionem cauſæ commiſſæ per litteras Apoſtolicas; & Bulla non loquebatur ſimpliciter contra impedientes ipſas litteras Apoſtolicas, ſed contra impedientes illarum executionem, & executores; & per conſequens impediens litteras delegatorum, Sedis Apoſtolicæ, dicebatur impedire executionem litterarum Apoſtolicarum.
4 Et præſertim, quia in dicta Clementina, non dicebatur de impedientibus executionem litterarum prædictarum, tantum; ſed etiam mandatorum Apoſtolicorum, quorum appellatione veniebant mandata delegatorum, c. 194. diſtin. ibi, Noſtra per eum repræſentetur authoritas, cap. cum in iure peritus,
5 ibi, authoritate, qua fungitur, de officio deleg. Eſt enim delegatus tunc, maior quocumque Ordinario, cap. Paſtoralis, §. fin. de Offic. Ordin. imò ad eius mandatum tenebatur ordinarius exequi illius ſententiam, ſiue iuſtam, ſiue iniuſtam, cap. paſtoralis, §. qui vero ſæpè, eod. tit. de offic. deleg.
6 Et hinc inoleuerat practica, quod in mandatis delegatorum ponebatur clauſula, Noſtris huiuſmodi, imò verius Apoſtolicis ſemper obedire mandatis.

SVMMARIVM.

1 *Poteſt ſe defendere per Procuratorem in pœna excommunicationis, & pecuniaria, vtpote Ciuili cauſa.*
2 *In vim Clementinæ huius, non poteſt moneri niſi impediens executionem litterarum.*
3 *Ex Prohemio colligitur intentio finalis diſponentis.*
4 *Non obtemperans litteris, non impedit executores ipſarum; quod impedimentum eſt finis Clementinæ.*

Clementina, contra impedientes exequutionem litterarum Apoſtolicarum non procedit contra non obtemperantes ipſis litteris Apoſtolicis.

RESOLVTIO IV.

1 In quadam Barchinonen. Contrauentionis litterarum Apoſtolicarum pro Vincentio Mola contra Fiſcum, tenui eundem eſſe omnino admittendum ad ſe defendendum per procuratorem, & non debuiſſe aliquo modo moneri ad perſonaliter comparendum. Cum pœna adiecta in litteris exemptionis conceſſæ Beneficiatis de Mari, quibus dicebatur eum contraueniſſe, eſſet pecuniaria, & excommunicationis tantum; quæ quidem ciuilis erat, nec procuratorem repellebat, ad not. per Bart. & alios, in vulgat. l. penult. §. ad crimen, ff. de pulic. iud. in l. ſeruum quoque, §. publice intereſt, ff. de procurator. per Bald. & alios, in l. reos, C. de accuſat. & latè per Marian. Socin. in repetition. capitulo veniens, columna decima, verſiculo, ſecundo quæro, & column. 21. & 27. verſ. tertio quæro, de accuſat.
2 Et in vim Clementinæ non poſſent moneri, niſi qui executionis litterarum ipſarum impedimento forent.
3 Quia, vt apparebat ex illius prohemio, ex quo colligebatur intentio finalis diſpoſitionis, ad l. final. cum ſimil. de hæred. inſtituen. & ex toto illius tenore colligebatur, quod
4 Clementis intenderat tantum prouidere, quod libera eſſet exequutio, & nullum impedimentum exequutoribus, vel alijs in ipſam exequutionem præſtaretur; non autem contrà non obtemperantes litteris Apoſtolicis, inducere nouam pœnam, vel aliam, quam eſſet expreſſa, in caſu contrauentionis in ipſis litteris Apoſtolicis; quid autem in vim Bullæ Cœnæ Alibi dicemus.

PRAXIS

Vetitæ lectionis Librorum Prohibitorum.

SVMMARIVM.

1 *Bonorum librorum lectio ad virtutem trahit, malorum vero, ad vitia,*
2 *Libri improbatæ lectionis ſunt corrumpendi,*
3 *Reipublicæ intereſt, eam malis, & hominibus, & libris expurgari,*
4 *Afferuntur doctrinæ, & caſus Ethnicorum,*
5 *Arguitur ab Ethnicis ad Chriſtianos,*
6 *Melius eſt peruerſa dogmata ignorare, quam ea ſcientes in aliquem errorem incidere,*
7 *Diſpoſitio Concilij Tridentini,*
8 *Libri tùm Fidei, tùm etiam bonis moribus obuerſantes purificantur,*

Cur S. C.T. in Seſſ.4. vetuit lectionem librorum damnatorum?

RESOLVTIO I.

1 SVlpitius in Dialogo primo, §.1. his vtitur verbis (Quantum Sacra librorum doctrina ad virtutem homines trahit, & à vitijs abducit; ſicut è contra, praua eorum lectio legentium aures corrumpit, hæc penitus reſpuenda, quia plus eſt nocitura inſipientibus, quam profutura Sapientibus; vt etiam Vl-
2 pian. in l.4, §. tantumdem, ff. familiæ herciſc. apertiſſimis verbis aſſerit, libros improbatæ lectionis protinus eſſe corrumpendos; ibique eos aſſimilat malis medicamentis, pro quibus Iudex officium ſuum interponere debet (
3 Rempublicam ſi expedit malis hominibus expurgari, vt illa, pace, & tranquillitate lætetur, l. congruit, ff. de officio Præſidis; eo magis expedit expurgari improbis libris, religionique noxijs, qui ſunt magis apti ad diſſenſus, & tumultus excitandos. Hinc
4 Plato lib. 6. de legibus Poetarum libros, qui de Dijs ſuis parum religioſe loqui videbàtur, repudiandos, & extirpandos cenſuit, & Valerius Maxim. lib. 1. capit. 1. ſcribit, quod cum Romæ reperti fuiſſent libri quidam, qui non nihil videbantur ſoluere Religionem; Prætor Vrbanus ex auctoritate Senatus, in conſpectu Populi cremauit; Et Tullius, lib. 1. de natura Deorum, refert, Prothagoram Alteritem, quod libros noxios Religioni ſcripſiſſet, Athenienſium iuſſu, Vrbe, atque agro exterminatum, libroſque eius in concione combuſtos.
5 Si Ethnici ſuæ falſę religionis amatores, quicquid illi obnoxium ſcriptum reperiebant, igne concremabant, radicituſque euellebant quanto fortius nos, qui Chriſtianam Catholicam, & veram Religionem amplexi ſumus, hæreticorum libros, qui illam euertere impiè ſtudent, prorſus ſupprimere, & abolere debemus; non ſolum propter falſam doctrinam, quæ in eis continetur; ſed etiam ne remaneant facinoroſæ peruerſitatis veſtigia, ſed flammis combuſta depereant, l. damnato, §. nec vero, C. de hæretic. l. quicum-
6 que, §. omnes vero, C. eodem tit. Et de Hæreticorum libris ſcribens S. Iſidor. in Reg. c. 8. aſſerit, melius eſſe eorum peruerſa dogmata ignorare, quam per experientiam, in aliquem laqueum erroris incurrere. Et perdendos eſſe hæreticorum libros, tanquam aſpidum oua, ſcribit S. Gregor. Nazianzen. oratione 2. de fide, quia vt ille inquit, nata ſunt, ad aſpides, & baſiliſcos procreandos.
7 Quare Concilium Trident. Seſſ.4. Indicem librorum fieri iuſſit, vt omnes ſcirent quinam libri cauendi eſſent, & qui tradendi; omnes enim ſiue falſam, vel erroneam contineant doctrinam aduerſus Religionem, & Catholicam Fidem, ſiue contra bonos mores, abolendi penitus ſunt; nam iſtos etiam è Republica eſſe eliminandos, docet Ariſtot. lib. 7. Politic. cap. vlt.
8 Vnde idem in Polit. lib. 1. tacite reprehendit Hermogenem, & Nichocharem, propterea quod hominum corruptos mores carmine expreſſiſſent. Poſtea Concilij Trident. Patres in Indice librorum prohibitorum ſumma prudentia, & maturitate, ita ſtatuerunt, vt libri, qui res laſciuas, & obſcænas ex profeſſo tractant, narrant, aut docent (cum non ſolum Fidei, ſed etiam morum, qui huiuſmodi lectione corrumpi ſolent, ratio habenda ſit) omnino prohibeantur; & eos, qui habuerint, ſeuerè ab Epiſcopis puniantur. Antiqui vero ab Ethnicis conſcripti, propter ſermonis elegantiam, & proprietatem, permittantur; nulla tamen ratione pueris prælegendi ſunt; hæc ibi.

SVM-

Digitized by Google

SVMMARIVM.

1 *Articulus in facto contigit Auſt.*
2 *Libri Hæretici ſunt comburendi.*
3 *Comprehenduntur etiam omnes reprobati ab Eccleſia; vt Chyromantiæ, Pyromantiæ, & Phyſonomiæ, Hydromantiæ, & Aſtronomiæ.*
4 *Hi enim ſiunt prorſus abyciendi.*
5 *Inquiſitores non poſſunt procedere contra diuinatores, quaſi ſapientes hæreſim.*
6 *Bulla Sixti IV. inuehit contra Aſtrologiam Iudiciariam, puniendam ab Ordinario.*
7 *Tenentes libros Hæreticorum excommunicantur.*
8 *Quando tenentes tales libros, excuſentur nec ne, remiſſiue.*
9 *Hæreticus creditur ille, apud quem libri Hæreticorum inueniuntur; diuerſum in Vſurario.*
10 *Si tamen deſtruantur, & conſumentur, non eſt indicenda purgatio.*
11 *Excommunicatio non ligat niſi doloſe detinentes tales libros; non, ſi poſt ſcientiam, eos abyciant.*

An retinentes libros prohibitos. Domi, ignoranter, ſint excommunicati.

RESOLVTIO II.

1 PRo Reſolutione articuli mihi occurſi, conſideranda exiſtimaui infra dicenda.
2 Primò, quod dum libri hæreticorum ſunt
comburendi, l. quicunque §. nemo, de hæret.
fit, quod non ſunt habendi in domo; In quorum numero comprehenduntur omnes libri
3 ab Eccleſia reprobati, vt ſunt libri Chyromantiæ, Pyromantiæ, Phyſonomiæ, Hydromantiæ, & Aſtronomiæ, ex Conſtit. Sixti V. Anno Primo ſui Pontificatus, quæ incipit, Cæli, & Terræ; de quo mentionem facio in 1. parte noſtr. deciſionum lib. 3. cap. 5. nu. 19. & ſeq. & lib. 4. cap. 18. num. 44. De his
4 etiam libris habetur in Indice, Regula 19. in qua ordinatur Epiſcopis, vt diligenter prouideant, ne huiuſmodi libri Aſtrologiæ Iudiciariæ habeantur, qui de futuris contingentibus, vt erat in caſu noſtro, aut ſucceſsionibus fortuitis, ſiue caſibus, aut his actionibus, quæ ab humana voluntate pendent, aliquid euenturum affirmare audent.
5 Secundò, quod quamuis Geminianus in cap. accuſatus, §. Sacerdotes, nu. 6. de heret. in 6. dicat, quod Inquiſitores non poſſunt procedere contra diuinatores, & ſortilegos, vt habetur per Oldradum, in conſ. 208. niſi ſapiant hæreſim manifeſtam, contra quos ſe intromittere poſſunt; & ſi fuerint conuicti in iudicio, vel confeſſi ſunt, in iudicio Eccleſiæ, habendi ſunt, non vt ſortilegi, & diuinatores, ſed vt hæretici; & conſequenter ipſo facto excommunicati; vt per Extrauag. Ioan. 22.
6 Super ſpecula. Tamen hodie ad eſt Conſtitutio Sixti IV. contra huiuſmodi ſortilegos, edita Anno Domini, 1473. quæ incipit Dilecte fili. Item Innocen. VIII. Summis, anno 1484. Alex. VI. Receptum, & vltimò Sixti V. Cæli, & Terræ; quæ multum inuehit contra Aſtrologiam Iudiciariam, & quod poſſit puniri ab Ordinarijs, Canonicis pœnis, vel ad arbitrium.
7 Tertiò, quod tenentes libros hæreticorum non ſolum in Bulla Cenæ, ſed etiam in Indice librorum prohibitorum; nec non in Cõcilio Lateranenſi, ſub Leone X. Seſſ. 10. excommunicatur. Is autem libros Hæreticorum tenere dicitur propriè, qui, vel ſuo, vel alieno nomine, in domo ſua, vel aliena libros illos tenet.
8 Verum, vt tenentes incurrant in excommunicationem Bullæ, quæ requirantur, & quando excuſentur à peccato mortali, & conſequenter à cenſura, habetur per Graff. lib. 4. deciſ. cap. 18. nu. 40. & 41. & ſeq.
9 Sed modo deueniamus ad dubium; ad quod, quamuis Ioannes de Annania, in cap. ſi quis Epiſcopus, de hæretic. in 3. colum. dicat, quod ſi liber reprobatæ lectionis reperiatur apud aliquem, poteſt tanquam hæreticus puniri; quod ſecus eſt in Vſurario; quia ſi in ſcrinio alicuius inueniantur rationes, vel inſtrumenta, per quæ patet, eum Vſurarium eſſe, non probat eum fuiſſe manifeſtum Vſurarium, ita Gloſ. in c. ſanè, 24. quæſt. 2. Tamen Archidiacon. in cap. 2. col. 2. de hæret. in 6. dicit hæc formalia verba: Item, qui libros hæreticorum ſuſcipiunt, dico ſuſpectos, & eis eſt purgatio indicenda; quod ſi ſtatim eos deſtruxerint incendio, vel alio modo, credo innoxios iudicandos, argu. 5. quæſt. 1. cap. ſi quis; & ita in foro exteriori ſunt innoxij iudicandi, ſi ſtatim, vt perceperint, & ſciuerint eos eſſe hæreticos, combuſſerint; Quod idem arbitror in foro conſcientiæ, cum excõmunicatio non liget niſi doloſos; quod probatur in dicta lege, quicunque, §. nemo. verbo, audeat; facit text. in cap. 2. verbo, ſcienter præſumpſerint, titulo noſtro in 6. ſimile, de Cleric. excommunic. Miniſtr. cap. ſi celebrat; cum facti ignorantia vnumquemque excuſet, capit. Apoſtolicæ, cum ſimilibus, de Clerico excommun. miniſtr. Qua propter, cum iſte, de quo quæritur, dictos libros combuſſerit, vt cognouit eos eſſe reprobatos ab Eccleſia, dicendum, quod retinendo ex ignorantia, non fuerit excommunicatus; & conſequenter nec irregularis; cum

ad

Digitized by Google

ad incurrendam excommunicationem neceſſario requiritur ſcientia, vt alias dicimus.

SVMMARIVM.

1 *Io:Maria Nouarius I.C. Lucenſis laudatur.*
2 *Lectio minimæ partis libri probibiti non eſt materia Excommunicationis.*
3 *Pauci verſus intelliguntur vna pagina.*
4 *Probatur prima reſolutio, à magnitudine pœnæ Excommunicationis, non infligenda ob leuem cauſam.*
5 *Non fertur excommunicatio niſi pro peccato mortali.*
6 *Canon Bullæ Cœnæ excommunicat eum, qui legerit librum hæreticum; non ſi aliquid ex ipſo libro.*

Legens minimam partem librorum prohibitorum, Num in Excommunicationis labem incidat?

RESOLVTIO III.

1 DOctiſſimus Io.Maria Nouarius I.C. Lucanus, hodie, Motu proprio ad regimen Prouinciarum Capitanatæ Apulcæ, & Comitatus Molitij, ab Illuſtriſsimo, & Excellentiſsimo D. Duce de Alcalà pro Rege vigilantiſsimo, ſuis proprijs meritis electus, in tract. de elect., & variat. fori, quæſt. 41. nu.6. Sect.4. in vltima impreſſione Neapolitana, folio mihi 292. eſt in opinione, quod legentes minimam partem librorum prohibitorum, nullatenus ſint innodati Excom-
2 municationis labe. allegat pro corroboratione ſuæ doctrinæ, Graff. in deciſ. Aurear. lib.4. cap. 28. num. 45. Azor. Inſtit. moral. lib. 8. part. 1. cap. 16. quæſt. 3. & Sanchez in ſumma, lib. 2. decalog. cap. 10. nu. 32. vbi dixit, per
3 paucos verſus intelligi vnam paginam; quamuis ſit ex voluminibus maioribus. Et iuxta hanc ſententiam, affirmat quoque tenere Duard. in explicat. Bullæ Cœnæ, lib. 1. can. 1. quæſt. 46. num. 4., vbi has rationes cumulat pro defenſione huius opinionis.
4 Quarum prima eſt; Nam Excommunicatio eſt maxima omnium pœnarum; & ideò minor materia eſt inſufficiens ad contrahendam pœnam adeò grauem.
5 Item quia, Excommunicatio maior nunquam fertur, niſi propter peccatum mortale, c. nullus 11. quæſt. 3. Sed legentes paucos verſus, vt ſupra, non peccant mortaliter; quia materia eſt parua; Ergo &c.
6 Tandem, quia vi canonis Bullæ Cœnę, non excommunicantur, qui legerint aliquid in libro hæretico, ſed qui legerint librum hæreticum; & qui paucos verſus legerint, non dicuntur legere librum hæreticum.

SVMMARIVM.

1 *Scolia quæcunque ſint, hæretica, in libro Catholico, etſi copioſa, legi poſſe citra cenſuram, vult Sanchez.*
2 *Summa D. Thomæ non eſt opus Caietani, etſi vberrimè ab eo comentata.*
3 *Volumina Ciuilia, & Canonica; etſi maiori ex parte conſteut ex Gloſſis, tamen non mutant nomen.*
4 *Non licet legere talia Scolia ſine licentia, ſub pœna peccati.*
5 *Minus ea cenſura ligantur, qui libros Catholicorum legunt, continentes errores Hæreticorum, etiam ad verbum.*
6 *Legens eos, vt ſciat falſa dogmata, non contrahit Excommunicationem; peccat tamen mortaliter; vt, & qui timet ex lectione adhæſurum Hæreticæ opinioni;*
7 *Suarez diſtinguit, vt copioſa Scholia Hæretica legi nequeant; parua vero permittantur.*

Legentes Additiones, & Scolia ad Hæreticorum libros, Num ſint Excommunicati?

RESOLVTIO IV.

1 PVtauit Sanchez in ſua ſumma, lib. 2. cap. 10. nu. 25. quod legentes talia Scholia non incidant in excommunicationem, ſiue copioſa ſint, ſiue minus copioſa: Et rationem hanc eſſe ait, quia in communi, & viſitato loquendi modo, is liber non hæretici commentantis, ſed authoris Catholici appellatur,
2 à quo in lucem editus eſt. Sic Summa D. Thom. quamuis pro maiori parte conſtet ex commentarijs Caietani; tamen ex cõmuni vſu loquendi, liber ille dicitur D. Thomæ non autẽ Caietani, Et volumina tum Ciuilia, tum Canonica; & ſi pro maiori parte conſtent ex cõmentarijs; Gloſſatoris tamẽ ſimpliciter volumina illa ex communi vſu loquendi appellantur textus Ciuiles, vel Canonici,
3 & non Gloſsæ commentatoris Modo communis vſus verborum præualet omni rigori, & ſignificationi verborum, vt in l. librorum, §. quod tamen Caſſius, ff. de leg. 3. & cap. cum dilectus, de conſuetud.
4 Bene verum eſt, quod Scolia huiuſmodi, quantumuis parua, non licet legere ſine ſuperioris licentia, vt patet ex Indice libr. prohib. regula vltima, per quem prohibentur omnia ſcripta cuiuſcunque authoris, damnata

nata ob hæreſim, vel ob falſi dogmatis ſuſpicionem.

5 Idem dicendum eſt de legentibus, aut tenentibus libros Catholicorum, ad verbum continentes hæreticorum errores, ad illos confutandos: nam iſti non incidunt in ſupradictam excommunicationem; eo quod non dicuntur legere, ſeù tenere libros hæreticorum; vt per Nauar. in Man. cap. 27. num. 56.

6 Sic etiam legentes ſupradictos libros Catholicorum, eo tantum animo, vt ſciant hæreticorum falſa dogmata, eorumque argumenta, non contrahunt prædictam excommunicationem: quia huiuſmodi cenſura non contrahitur per ſolum affectum, niſi ſequuto effectu: peccant tamen mortaliter, ſicut lethaliter peccat, qui crederet ex lectione opinionum, & rationum hæreticorum ſe pertinaciter dubitaturum de aliquo fidei articulo, aut alicui aſſenſurum: nam tunc, (eſto quod prædictas opiniones legeret in libris catholicorum) ob periculum hæreſis, cui ſe exponeret, tenetur ab eorum lectione ſe abſtinere: non tamen in foro exteriori pœna aliqua venit plectendus, niſi ſint libri catholicorum, tractantes de controuerſijs: vt in ſupradicto Indice, regula 4.

7 At vero Suarez in explicat. Bullæ Cœnæ, de cenſur. diſput. 21. Sect. 2. num. 11. dicit quod Scholia hæreticorum, addita Catholicorum libris, quædam adeo copioſa ſunt, vt liber ex Scolijs, & annotationibus potius conſtare dicatur, quam ex textu; & quædam non ſunt adeo copioſa, ſed liber pro maiori parte conſtat ex textu. Primo caſu exiſtimat, quod legentes huiuſmodi Scholia hæreſim continentia, aut de Religione tractantia, incidunt in excommunicationem præſentis canonis: quoniam tunc hæretici libros potius, quàm Catholici legiſſe cenſetur, cum rei denominatio à maiori parte fiat. Secundo vero caſu, legentes hæreticorum; ſcholia, vt ſupra, negat prædictam excommunicationem contrahere, quia catholici, non autem hæretici libros legiſſe dicuntur.

F I N I S.

Digitized by Google

INDEX
RERVM NOTABILIVM,
Quæ in huius QVINTÆ PARTIS PRAXIBVS continentur.

A

Abbas commendatarius perpetuus, verus Prælatus appellatur. ibid.

Abbates veniunt appellatione Ordinariorum etiam quòd ſint Commendatarij. pag.34.

Abeſſe non dicitur, qui de ſuperioris mandato abeſt. pag.70.

Abſens Canonicus de mandato Epiſcopi gaudet diſtributionibus quotidianis. ibid.

Abſentia non inducitur ex mora breui. pag.71.

Abſoluere poteſt Epiſcopus à ſuſpenſione incurſa ob aſcenſionem ad ordines, aut perfectam ætatem. pag.43.

Accidentia communia non probant concludenter, ſed præſumptiuè. pag.78.

Actus incompatibiles cum Affirmatiua, probant negatiuam. pag.78.

Actus, quibus poſitis reſultat negatiua, ipſam probant. ibid.

Actum faciendum non fuiſſe ab eis factum, rectè probant Collegiales. pag.28.

Idem de teſtibus teſtamentarijs. ibid.

Qui actum affirmatiuum facere debebant, probant negatiuam. pag.78.

Quod in Actis non reperitur ſcriptum, præſumitur non actum. pag.79.

Adiens, & recedens externus, ſi in acceſſu etiam iterato cognoſcit fœminam, non dicitur concubinarius. pag. 65.

Aliud eſt ſolitum, aliud exercitium. pag.64.

Animum habens de proximo reuertendi, non dicitur diſcedere. p.71.

Habetur pro reſidente. ibid.

Annotatio publicationis probat ipſam eſſe factam in tempore, vel non. p.79.

Appellatione domus, quæ contineantur. pag.68.

Appellationis loco eſt itineris arreptio. pag.86.

Apprehenſio in fragranti non eſt neceſſaria ad manifeſtum crimen concubinatus. pag.61.

Archiepiſcopus in aliorum Epiſcopatibus remittere denunciationes non poteſt. pag.35.

Atrium dicitur pars Monaſterij, etiam neceſſaria. pag.69.

Atrium debet eſſe in Eccleſia. ibid.

Atrium Eccleſiæ gaudet eiſdem priuilegijs. pag.69.

B

Baculus, & Crux poteſt deferri per Archiepiſcopum in Diœceſi Suffraganeorum. pag.51.

Benedictio comprehenditur ſub vſu Pontificalium. pag.46.

Benedicere populo competit Epiſcopo, ratione dignitatis. pag.51.

Beneficium curatum non venit ſub nomine beneficij. pag.44.

Beneficium conferens indigno, omiſſo digniore, peccat mortaliter. pag.30.

Et vltra peccatum, conferens punitur pluribus pœnis, remiſſiuè. ibid.

Et collatio facta illi tertio, eſt ipſo iure nulla, ibid.

Beneficiatus quando Eccleſiam reedificare tenentur, ibid.

Beneficium non dicitur vacare, niſi de medio ſublato Commendatario, pag.67.

Beneficiati dicuntur etiam commendatarij, pag.67.

Pro beneficijs Eccleſiaſticis habentur Fratantiæ in Ciuitate Neapolis, pag.67.

Beneficium impetrans ob non factam publicationem, tenetur plenè probare, pag.75.

Beneficij poſſeſſor tenetur oſtendere titulum, ſuperiore inquirente, ibid.

Bona Eccleſiæ ſunt pauperum, & pretia peccatorum, pag.30.

Bona Eccleſiæ profanata alienari non poſſunt inconſulto Romano Pontifice, pag.55.

Bulla Sixti V. Pontificis affertur in materia Simoniaci in ordine, vel beneficio, pag.40. & ſequ.

Bulla Clementis VIII. contra Superiores Regularium adducitur, pag.72.

Bulla Pontificia loquitur contra impedientes executionem litterarum Apoſtolicarum, quæ fit per executorem, ſeu delegatum, pag.87.

C

Canonicus abſens de mandato Epiſcopi, gaudet diſtributionibus quotidianis, pag.70.

Capitulum Sede vacante poteſt dare licentiam exer-

cendi Pontificalia, Epiſcopo in eius Epiſcopatu, ibid.

Capitulum Sede Vacante habet omnia iura, quæ & Epiſcopus viuens, ibid.

Capitulum ſuccedit Epiſcopo in omnibus concernentibus iuriſdictionem, pag. 47.

Capitulum diſpenſat vti Epiſcopus, etiam quoad interſtitia, & quo ad illegitimitatem, ibid.

Capitulum diſpenſat in ijs, in quibus poteſt Ordinarius ratione iuriſdictionis Epiſcopalis, ibid. pag. 34.

Capituli iuriſdictio competit Vicario, ab eodem Capitulo electo, pag. 31.

Capit. Nuper, de ſentent. excommunicat. declaratur, pag. 81.

Carnis infirmitos erat moleſtia etiam Sancto Paulo Apoſtolo, pag. 67.

Caudam poteſt Epiſcopus ſibi deferri facere in aliena diœceſi, d. pag. 46.

Et cur, ibid.

Cauſæ legitimæ debent præcedere, vt diſpenſatio denunciationum fiat, pag. 35.

Cæmenta, & ligna Eccleſiæ profanatæ non applicantur vſibus ſordidis, pag. 55.

Cæmenta Eccleſiæ profanatæ conuertuntur in erectionem Altaris alterius Eccleſiæ, ibid.

Cenſuram Canonis Bullæ Cœnæ contra impedientes executionem litterarum Apoſtolicarum incurrunt quatuordecim perſonæ, quæ recenſentur, pag. 86.

Et ſubinde quinque perſonarum genera ponuntur, contra quos fieri prohibentur actiones ſub dicta cenſura, ibid.

Cenſuram dicti canonis non incurrit, qui impedit animo ſupplicandi. Et probatur, pag. 86.

Cenſura contra impedientes, &c. ligat etiam impedientes litteras delegatorum à Sede Apoſtolica, ibid.

Cenſura Bullæ loquitur contra impedientes executionem litterarum Apoſtolicarum, quæ fit per executorem, vel delegatum, pag. 87.

Cenſuris an, & quomodo ligetur Epiſcopus differens remittere Regularem ad ſuum Superiorem, vt puniatur eodem iure, ibid. pag. 63.

Circuitus quadraginta annorum venit appellatione Eccleſiæ, pag. 67.

Citatio. Vid. Monitio.

Clauſula, Non obſtantibus, &c. non derogat Concilijs, pag. 83.

Clauſula, Et Concilijs Generalibus, additur de ſtylo, vt poſſit derogari Concilio, ibid.

Clauſula, Non obſtantibus, & Regulis Cancellariæ, &c. comprehendit eas ſolum perimentes ipſo factam gratiam, non verò eam differentes, vel ſuſpendentes, p. 83.

Clauſula, Si preces veritate nitantur, ſubintelligitur, pag. 3.

Clauſula, Attento conſenſu maioris partis, poſita in Breui, an ſit verificanda, pag. 8.

Quod declaratur, ibid.

Clauſula, Motu proprio, non indiget iuſtificatione pag. 9.

Quod declaratur vt, ibid.

Clauſula, Salua moderatione Ordinarij, ſolet poni in ſententijs, quæ per Vicarios proferuntur, pag. 36.

Clauſula, Noſtris, immo verius Apoſtolicis obedire mandatis, ponitur in litteris delegati, & eius mandatis, pag. 87.

De ſtylo exigitur ſpecialis mentio eius Regulæ, quæ intenditur derogari, pag. 83.

Ex clauſula, Quorum tenores, &c. intelligitur ei Regulæ ſufficienter derogatum, d. pag. 83.

Clauſula derogatoria non comprehendit ius quæſitum, pag. 84.

Clauſula, Etiam per nos, in decreto, exigit expreſſam derogationem, pag. 84.

Nec ſufficiunt clauſula, Non obſtantibus, & illa, Quorum tenores, &c. d. pag. 84.

Clauſula generalis, De Conſtitutionibus Apoſtolicis, non intelligitur de conſtitutionibus Conciliarijs.

Clericus adminiſtrans ordinem, quem non habet, deponitur à ſuſceptis, pag. 44.

Clerici prohibentur exercere tabernas, pag. 54.

Clericus concubinarius quis dicatur, p. 57.

Clericus etiam in ſacris repertus cum muliere eſt leuius puniendus, pag. 67.

Clericus commendatarius concubinarius punitur pœna contenta in Sacro Concilio Tridentino, pagin. 67.

Coadiutorem aſſumere quando poſſit Epiſcopus abſque Papæ licentia, pag. 38.

Coitus inter ſolutos quilibet prohibetur, pag. 56.

Collatio beneficij alieni illiterato facta, eſt ipſo iure nulla, pag. 30.

Et conferens peccat mortaliter, ibid.

Et amplius punitur alijs pœnis, remiſſiuè, ibid.

Collatio facta Reſignatario poſt tempus præfixum, non probat negatiuam non publicationis, pag. 79.

Poteſt enim interim alia prouiſio intercedere publicata in tempore, ibid.

Collectarum ſolutio probatur ex libro ipſarum, pagin. 28.

Collegiales probant actum ab illis faciendum non fuiſſe factum, pag. 78.

Commendatarij dicuntur Beneficiati, pag. 67.

Compater non poteſt in ius vocari ſine venia, pag. 27.

Conceſſa iuriſdictione, cenſentur conceſſa omnia ea, ſine quibus illa exerceri non poteſt, pag. 73.

Concil. Trident. Seſſ. 24. de Reform. cap. 8. in materia Concubinatus affertur, pag. 52.

Conciliũ vbi loquitur generaliter, ita eſt intelligendum pag. 72.

In Concilio Tridentino non requiritur derogatio ſpecialis, pag. 85.

Sufficit n. vt materia ſit contraria d. Concilio, ibid.

Conci-

Concilium Tridentinum differt ab alijs Concilijs quo ad derogationem.pag. 85.
Conciliaris conſtitutio varijs modis ſumitur. ibid.
Conciliaris materia dignoſcitur, ſi trahat originem à Concilio. pag.85.
Vel ſi in ſubſcriptione ſit mentio, decretum emanaſſe à Concilio. ibid.
Aut ſi Pontifex attribuit Concilio conſtitutionem. ibid.
Concilium Tridentinum refertur in materia vſus Pontificalium. pag.46.
Concil. Tridentini tenor quo ad conſecrationem Epiſcoporum. pag.22.
Concilij Tridentini diſpoſitio in materia librorum prohibitorum.pag.88.
Concilij Tridentini diſpoſitio comprehendit omnes libros reprobatos ab Eccleſia, Chiromantiæ, Pyromantiæ, Phyſonomiæ, Hydromantiæ, & Aſtronomiæ. pag.89.
Vide Sacr. Concilium.
Concil. Tridentin. diſpoſitio in c.5. Seſſ.25. de Reformat. in materia diſpenſationis. pag.80.
Concubina dum non eſt publica, ceſſat pœna, de iure Hiſpano. pag.63.
Si concubina ſit coniugata pariter ceſſat ea pœna. ibid.
Clericus tamen poteſt puniri indirectè, ſuppreſſo in fœmina, nomine concubinæ. pag.63.
Concubinarij Clerici qua pœna puniuntur per Concil. Trident. pag.63.
Concubina Laici punitur à Iudice Eccleſiaſtico. p.64.
Et multo magis Concubina Clerici. ibid.
Concubina eſt de familia Clerici, & ſit ſuppoſita Iudici Eccleſiaſtico. pag.64.
Concubinarius non dicitur, pro vnica vice cognoſcens mulierem. pag.64.
Concubinarius quis dicatur. pag. 64.
Concubinarius dicitur quis ex concubitu venereo triplicato. d.pag.64.
Concubinarius non dicitur Clericus exterus, adiens & recedens, ſi in acceſſu etiam iteratò cognoſcit fœminam.pag.85.
Concubina debet vnius tantum eſſe. pag.66.
Concubina vbi eſt plurium, dicitur meretrix. ibid.
Concubina pœna non punitur mulier, copiam ſui faciens ob amorem.pag.66.
Concubinarius non eſt appellandus ex ſimplici incontinentia.pag.67.
Concubina nominatio ſub verbo Vxoris, in teſtamento, non probat eam eſſe vxorem; dum id fieri præſumitur pudoris gratia.pag.57.
ex Concubinatu ſi naſcantur filij, ij ſunt inſucceſſibiles. pag.57.
Concubinarius Laicus, quomodo puniatur per Sac. Conc. Trid. ibid.
Affertur tenor cap. 8. ſeſſ. 24. ibid.
Concubinarius non poteſt renunciare monitioni. p.59.
Concubina publica quæ dicatur. pag. 60.
Concubina dicitur etiam ſi habeatur extra domum. ibid.
Concubinatus probatio debet eſſe concludens. ibid.
Concubinarij publici dicuntur ex confeſſione iudiciali, vel euidenti probatione. pag.61.
Ad Concubinatus crimen manifeſtum non eſt neceſſaria apprehenſio in fragranti. ibid.
Concubinatus probatur ſufficienter ex depoſitione, quod Concubina ſtet publicè parata ad concubitum cum concubinario: præcipuè ſi interuenit conſuetudo. pag.61.
Concubinarius notorius quis dicatur. pag. 62.
Concubinarius notorius celebrans eſt irregularis. pagin.62.
Contrarium tamen eſt verius, vt ſcilicet non ſit irregularis. ibid.
Concubinatus crimen eſt mixti fori. pag.62.
Concubinarius poteſt ab vtroque Iudice puniri, ibid.
Concubinariorum pœnæ triginta recenſentur remiſſiuè. pag.63.
Concubinatus pœna refertur de iure Hiſpano. ibid.
Concubinarij Clerici, vel Monachi pœna, eodem iure. ibid.
Concubinatus eſt taliter habendus in vicinia. pag.66.
Concubinarius non eſt, niſi ſit conſuetus, continuatus, & diffamatus per viciniam. ibid.
Concubinarius quis dicatur. ibid.
Concubinarius omni iure eſt prohibitus. d. p. 56.
Concubina Clerici, quas pœnas incurrit. ibid.
Concubinarius Clericus quis dicatur; remiſſiuè. pagin.57.
Concubinatus ex quibus probatur. ibid.
Conditio adiecta legato dotis, de nubendo cum conſenſu alterius, reijcitur; & quid ſi dicatur, Si matrimonium cum tali contraxerit. pag.13.
Conditio de nubendo cum aliquo, intra quod tempus eſt adimplenda. ibid.
Conditio turpis eſt reijcienda in matrimonio. pag. 14.
Conditio valet, vt quis ducat conſanguineam in vxorem, & è contra; obtenta diſpenſatione à Sum. Pontif. ibid.
Declaratur, & confirmatur. pag. 15.
Conditio contrahendi matrimonium cum conſenſu alterius, non eſt contra libertatem ipſius. pagin. 18.
Confeſſio partis ſtrictiùs probat negatiuam. pag.79.
Confeſſione partis, nulla eſt ſtrictior & excellentior probatio. ibid.
Confeſſio partis habet vim inſtrumenti, ibid.
Confeſſio reſignatarij non probat Negatiuam publicationum.pag.76.
Conſecratio Epiſcopi eſt facienda die Dominico. p.24.
Conſecratio eſt facienda in Eccleſia. ibid.
Conſecratio non fit à minori numero trium Epiſcoporum. pag.24.
Conſecrari non poteſt Epiſcopus eadem die Dominica, in qua ex Pontificis diſpenſatione recepit Sacerdotium. ibid.

Conſecrari non debet Epiſcopus ante ætatem 30. annorum. pag.22.
Conſecrandus Epiſcopus debet eſſe ex legitimo matrimonio natus. ibid.
Conſecrationis munus intra tres menſes ſuſcipere debent Epiſcopi. pag.23.
Et ſub qua pœna. ibid.
Conſilium petendi onus eſt graue. pag. 17.
Præcipuè dum exigitur ante actus expeditionem. ibid.
Conſil. Nauarr. 1. de cohabitat. cleric. reprobatur. pag.67.
Conſuetum non eſt, quod eſt diuerſis actibus interruptum. pag. 65.
Conſtitutio facta in Generali Concilio, non reſeruata auctoritate Sed. Apoſtolicæ, ligat ipſum Papam, ibid.
Tunc exigitur ſpecialis derogatio ſub pœna nullitatis ex defectu voluntatis. ibid.
Continentia perſuaderi poteſt, at non imperari. p.67
Crux, & Baculum poteſt deferri per Archiepiſcopum in Diœceſi ſuffraganeorum. pag.46.

D

Deciſio S. Congregationis in materia facultatis dandæ à Capitulo Sede Vacante, exercendi Pontificalia in eius Eccleſia Epiſcopo extero. pag.47.
Deciſio Sac. Congregationis affertur circa prohibitionem in Prælato inferiori, concedendi licentiam vſus Pontificalium in ſuo Territorio, etſi exempto. pag.88.
Deciſio Sac. Congregationis affertur in materia profanandi Eccleſias, & Capellas. pag. 53.
Deciſio affertur S. Congregationis in materia facultatis in Vicario, dandi licentiam Epiſcopo extero exercendi Pontificalia. pag. 48.
Deciſio Rotæ affertur circa probationem publicationis per teſtes remiſſiue. pag.76.
Deciſio Seraphini affertur in materia probationis concubinatus in Clerico. pag.57.
Decretum irritans non ligat Papam. pag.84.
Decretum illud ligat etiam Papam, cum dicit, Etiam per nos. ibid.
Item cum apponitur in Conſtitutione Generali. ibid.
Decretum irritans in Regula 8. Cancell. ligat etiam ipſum Papam. ibid.
Multo magis ſi conſtitutio ſit facta in Concilio Generali non reſeruata auctoritate Sed. Apoſtolicæ. ibid.
Delegare poteſt Epiſcopus poteſtatem denunciationes miniſtrandi. pag.35.
Delegatus punit delinquentes coram eo. pag.73.
Delegatorum Apoſtolicorum litteras impediens incurrit cenſuram contra impedientes executionem litterarum Apoſtolicarum. pag.87.
Delegatus exequitur litteras Apoſtolicas. ibid.
Delegatorum mandata veniunt nomine mandatorum Apoſtolicorum. pag.87.
Delegatus in ſuo munere eſt maior Ordinario. d. p.87
in Delegati mandatis ponitur Clauſul. Noſtris imò verius Apoſtolicis obedire mandatis. *ibid.*
Delinquere non dicitur qui Superiorem adit. ibid.
Nec ſit locus fideiuſſioni. pag. 84.
Delictum notorium, quo excommunicatio eſt ferenda, non exigit trinam monitionem. pag.60
Contraria ſententia affertur, quod adhuc exigatur notoria contumacia: & eſt verior. ibid.
Reſoluuntur obiecta. ibid.
Derogatio non ſit Concilio per Clauſul. Non obſtantibus. *pag.83.*
Derogandum cum eſt Concilio, additur de ſtylo: Et Concilijs Generalibus. ibid.
Non derogatur Regulis Cancellariæ per Clauſul. Non obſtante, &c. *ibid.*
Derogatur per Clauſul. Non obſtante, & Regulis Cancellariæ, &c. *ſolum illis Regulis, quæ perimunt ipſo facto gratiam, non quæ tantum eam differunt, vel ſuſpendunt. pag.83.*
de Deroganda regula debet (de Stylo) fieri ſpecialis mentio. ibid.
Derogatum ſufficienter intelligitur, ſi annexa eſt Clauſul. Quorum tenores, &c. *pag.83.*
Derogatoria Clauſul. non comprehendit ius quæſitum. pag.84.
Derogatio data Regulæ ſufficit vt fiat in ſupplicatione. pag.84.
Derogatio expreſſa tunc exigitur ſub pœna nullitatis ex defectu voluntatis, cum in Decreto adeſt Etiam per nos. pag.84.
Nec ſufficit Clauſul. Non obſtantibus, & illa Quorum tenores, &c. *ibid.*
in Derogationis materia differt Concilium Tridentinum ab alijs Concilijs. pag.84.
vt Derogetur Concilio Tridentino, ſufficit, ſi materia ſit ei contraria; nec exigitur ſpecialis clauſula. pag.84.
Deſtinata res habetur per facta. pag. 71.
Detinens ſolum libros prohibitos dolosè, ligatur excommunicatione; non ſi poſt ſcientiam eos abijciat. pag.90.
Diſcedere à Ciuitate non dicitur, qui animum habet reuertendi. pag.71.
Diſpenſare non poteſt Epiſcopus contra Concilium, niſi de mandato Papæ. pag.37.
Vel vbi eſſet magna cauſa. ibid.
Et vbi canon Concilij eſſet pœnitentialis. ibid.
Diſpenſat Epiſcopus ex magna cauſa contra Canones. pag.38.
Diſpenſare non poteſt Epiſcopus, quando Canon Concilij pœnam imponit, quæ niſi à Papa poteſt induci.
Diſpenſare an poſſit Epiſcopus contra Statuta Synodalia.

dalia. pag. 39.
Diſpenſatio facilius permittitur, quam conſtitutio tollatur. ibid.
Diſpenſandi facultas in Epiſcopo contra Synodalia decreta eſt opinionis communis DD. ibid.
Nec attendi videntur aliqui DD. aduerſantes. pag.39.
Diſpenſare quomodo poſſit Epiſcopus cum illegitimis; & an cum non ſubditis. pag.43.
Declaratur, ibid.
Diſpenſare an poſſit Epiſcopus cum illegitimis quoad beneficia curata, ſi adſit magna cauſa. p. 43.
Diſpenſatus à ſuo Epiſcopo, vt poſſit ordinari, & retinere beneficium, poteſt retinere beneficium etiam in aliena Diœceſi, ibid.
Diſpenſare non poteſt Epiſcopus ſuper ætatis defectu.pag.43.
Diſpenſare poteſt Epiſcopus cum miniſtrante in ordine non ſuſcepto, quoad ordines ſuſceptos & beneficium.pag.44.
Diſpenſat Epiſcopus cum eius ſubdito promoto ab alieno Epiſcopo. pag.44.
Et an talis diſpenſatio videatur potius ratificatio. ibid.
Diſpenſatio alia eſt Expreſſa, alia Tacita; & quanam ſit, ibid.
Diſpenſatio tacita æquipollet expreſſæ. ibid.
Diſpenſare tacitè num videantur Epiſcopi; Et quid in ſupremo Principe. pag. 32. & 33.
Diſpenſare poſſunt habentes iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem. pag.34.
Diſpenſatus tenetur oſtendere diſpenſationem ſuperioris.pag.76.
Diſpenſare poteſt Epiſcopus cum concoſſa eſt ei facultas diſpenſandi. pag.80.
Diſpenſare non poteſt inferior in lege Superioris.ibid.
Diſpenſandi facultas duplex eſt, tacita, & expreſſa. Vbi de expreſſa. ibid. pag.81.
Diſpenſatio tacita eſt in lege imperſonaliter dante facultatem, ibid.
Id oſtenditur, & probatur. ibid.
Diſpenſatio inferioris ſine iuſta cauſa non tenet in vtroque foro. pag.81.
Diſpoſitio Concilij Tridentini ſeſſ. 23. c.14. refertur, loquens in materia puniendi Regulares. pag.72
Diſtributiones an veniant ſub pœnis Concilij in Concubinarios Clericos. pag.65.
Reſoluitur Affirmatiuè. ibid.
Diſtributiones non veniunt appellatione fructuum. ibid.
In Diſtributionibus non eſt condemnatus, qui eſt condemnatus in fructibus. pag.65.
Diſtributiones non amittit beneficiatus omittens profeſſionem fidei; ſed ſolum fructus. pag.65.
Diſtributiones quotidianæ includuntur ſub verbo, Prouentuum. pag.66.
Diuinatores non poſſunt inquiri ab Inquiſitoribus Hæreticæ prauitatis, niſi hæreſim aliàs ſapiant. pag. 90.
Domus Epiſcopi eſt quaſi in ſpeculo. pag. 30.
Multa dicta Sanctorum Patrum ad hanc rem. ibid.
Domus appellatione, quæ continentur. pag.68.
Dotata dicitur filia, vbi pater illa dotem deſtinauit. pag.71.

E

Eccleſia bona ſunt pauperum, & pretia peccatorum. pag.29.
Eccleſiarum profanatio eſt prohibita regulariter. pag.52.
Eccleſia eſt profananda, cum magna inopia, vel loci indecentia interceſſerit. ibid.
Eccleſia cum eſt diruenda, lapides, & cœmenta poſſunt vendi, vt tamen non conuertantur in ſordidos vſus. pag.53.
Eccleſia profanata non poteſt deſeruire pro vſu Monaſtrionum. pag.54.
Eccleſia profanatæ cœmenta conuertuntur in erectionem Altaris alterius Eccleſiæ. pag.55.
Eccleſia profanata ligna, & cœmenta, non applicantur vſibus ſordidis. ibid.
Eccleſiam nullos redditus habere, vel inſufficientes, paria ſunt. pag.55.
Eccleſia debet habere atrium. pag. 69.
Eccleſia atrium gaudet iiſdem priuilegiis, ac Eccleſia. pag.69.
Educari debet Adulta penes perſonam, quam ipſa velit, cum incidit dubitatio de libera voluntate ipſius in Matrimonio contrahendo. pag.17.
Et quando Iudex aliunde facere debeat. ibid.
Et de alijs cauſis ſequeſtrandi illam. ibid.
Electio competit Reo, cum ipſe habet plures Iudices. pag. 51.
Eligere num poſſit poſt annum pauperes pro certa eleemoſyna deputatus à teſtatore, ſtante Epiſcopali Conſtitutione tollente ius executoribus poſt annum. pag. 20.
Veritas contra executorem in legatis piis. pag. 20.
Epikeia quid ſit; & an habeat locum in lege Canonica. pag.82.
Epikeia vſus, quot modis conſideratur. ibid.
Epiſcopus debet exequi mandata teſtatoris, negligente executore, ibid.
Epiſcopus eligi nequit minor 30. ann. p. 22.
Epiſcopus ex legitimo matrimonio natus eſſe debet, ibid.
Epiſcopi tenentur munus conſecrationis, intra tres menſes ſuſcipere, & ſub qua pœna. pag.23.
Epiſcopus electus debet eſſe conſtitutus in ordinibus ſacris per ſex menſes ante electionem. p.23.
Non tamen indiget Sacerdotio. ibid.
Epiſcopus promouendus, Doctor in qua ſcientia erit eligendus. pag.24.
Epiſcopus dicitur vere Princeps. pag.25.

Epi-

Digitized by Google

Epiſcopus Sereniſſimus nuncupari poteſt. ibid.
Epiſcopus in ſua Diœceſi eſt maior quocumque alio Principe ſæculari. pag. 25.
Epiſcopi dicuntur ſucceſſores Apoſtolorum. ibid.
Epiſcopus etiam dicitur Illuſtris. ibid.
Epiſcopus non ſolum ſubditos priuatos, ſed & Principem ſæcularem poteſt iudicare. pag. 25.
Epiſcopus etiam à Principibus obediendus eſt. ibid.
Epiſcopus non eſt dignitas, ſed culmen dignitatum. pag. 26.
Epiſcopus non habet maiorem dignitatem ſupra ſe, licet maius officium. ibid.
Epiſcopus eſt præferendus Cardinali Presbytero. p. 26
Epiſcopus ob aduentum Legati, non amittit ſuam iuriſdictionem. ibid.
Epiſcopus eſt minor Cardinali, reſpectu officij. pag. 26.
Epiſcoporum poteſtas tanta eſt, quanta Papæ. ibid.
Epiſcopi in ſuis Diœceſibus, ſunt Papæ Vicarij, & delegati. ibid.
Epiſcopus cum dicatur ſuperintendens, iis debet ſuperintendere quibus præficitur. pag. 26.
Epiſcopi columnæ Eccleſiæ dicuntur. ibid.
Epiſcopi dicuntur fratres Papæ, ac ei æquales. ibid.
Epiſcopi dicuntur Ieſu Chriſti Vicarii, ac Angeli, & oculi Dei. ibid.
Epiſcopi dicuntur Antiſtites, Pontifices, & Summi Sacerdotes. pag. 26.
Epiſcopis etiam Reges aſſurgere tenentur. pag. 27.
Epiſcopus dicitur caput totius Diœceſis. ibid.
Epiſcopum non licet in ius vocari ſine venia. ibid.
Epiſcopus non retinens grauitatem, peccat. pag. 28.
Epiſcopus officia humilia licet ſpiritualia agere non debet. pag. 28.
Epiſcopi tum Patres, & Paſtores ſint, Regulis, & Baronibus non debent ſe ſubmittere. ibid.
Epiſcopus non debet cum vno, vel duobus incedere, per ciuitatem, ſed ſtipatus pluribus. pag. 29.
Epiſcopus non debet occurrere Principibus ſæculi per Ciuitatem. ibid.
Epiſcopus coram mulieribus faciem hilarem oſtendere non debet. ibid.
Epiſcopus cum domeſticis nimis familiaris eſſe non debet. ibid.
Epiſcopus ſpiritualibus vacans, alia negocia abiicere tenetur. d. pag. 29.
Epiſcopus ab omni ſpecie mali ſe abſtinere debet. p. 29
Epiſcopus tenetur ſuſpiciones, & malas opiniones diuellere. ibid.
Epiſcopus ſolus non poteſt alloqui mulieres, niſi multis præſentibus. pag. 29.
Epiſcopus debet quotidiè pro ſuis, ſuique populi peccatis oblationes Deo offerre. pag. 30.
Epiſcopus debet continuò orare pro ſuo populo. ibid.
Epiſcopus ſub præcepto Diuino tenetur offerre dona, & ſacrificia pro peccatis. pag. 30.
Plura exempla Sanctorum in hoc afferuntur. ibid.
Epiſcopus diſpenſat.
Vid. Diſpenſare.
Epiſcopus regulariter non poteſt facere Statuta contra ius Canonicum. pag. 39.
Et an poſſit ſtatuendo illud adiuuare. ibid.
Epiſcopus diſpenſat cum Simoniaco. pag. 40.
Et quid in Ordine. ibid.
Bulla Pontificis reportatur. ibid.
Epiſcopi diſpenſare poſſunt, cum Simonia eſt commiſſa ignoranter. pag. 41.
Epiſcopus nequit diſpenſare ſuper defectu ætatis. ibid.
Epiſcopus poteſt abſoluere à ſuſpenſione incurſa ob aſcenſionem ad ordines, ante perfectam ætatem. pag. 44.
Epiſcopus non diſpenſat cum illegitimo ad Ordines ſacros. ibid.
Epiſcopus diſpenſat cum illegitimo, vt poſſit retinere Canonicatum Eccleſiæ Collegiatæ. pag. 45.
Epiſcopus diſpenſat cum eius ſubdito promoto ab Epiſcopo; & an talis diſpenſatio videatur potius ratificatio. d. pag. 45.
Epiſcopus egrediens ſuam Prouinciam, dicitur priuatus. pag. 46.
Epiſcopus poteſt in aliena Diœceſi facere ſibi deferri caudam. pag. 48.
Et cur. ibid.
Epiſcopus ſuſpenſus poteſt conferre beneficium, excommunicare, & ſententiare. d. pag. 49.
Epiſcopus quanam præſente Legato de latere, vel Cardinali prohibeatur facere. pag. 50.
Epiſcopus debet facere eleemoſynam. pag. 30.
Epiſcopus tenetur amare ſuos ſubditos, etſi perſecutores. ibid.
Et de ratione. ibid.
Comprobatur exemplis Sanctorum. ibid.
Epiſcopus peccare videtur, qui abſque legitima cauſa vult mutare Epiſcopatum. pag. 30.
Afferuntur exempla. ibid.
Epiſcopus tenetur otium euitare. pag. 30.
Nugæ ſunt blaſphemiæ in ore Sacerdotis. ibid.
Afferuntur exempla Sanctorum. pag. 31.
Epiſcopus tenetur ad prædicationem verbi Dei. dicta pag. 31.
Non prædicans peccat mortaliter. ibid.
Epiſcopus debet inuigilare, vt beneficia fideliter, & aptè diſpenſet. ibid.
Epiſcopus conferens beneficium indigno, omiſſo digniore, peccat mortaliter. ibid.
Vltra peccatum, punitur pluribus pœnis remiſſiuè. ibid.
Collatio facta illiterato, eſt nulla. ibid.
Epiſcopus cautè incedere debet in eligendis miniſtris, tam in foro interiori, quam exteriori; aliàs peccat mortaliter. ibid.
Epiſcopus tenetur ad damna, & intereſſe, de facto Vicarij. ibid.
Epiſcopus debet protegere perſonas pauperes, & miſerabiles. ibid.
Epiſcopus poteſt diuites in annonæ caritate reluctantes ven-

tes vendere victualia, excommunicare, aut volentes vendere cariori pretio, quam par eſt. pag. 31.
Epiſcopi an videantur diſpenſare tacitè. Quid in Principe ſupremo. pag. 32. & 33.
Epiſcopus an poſſit reuocare exulem ex gratia. p. 36.
Epiſcopi ponunt indultus reuelantibus delicta. d. p. 36.
Epiſcopus diſpenſat cum depoſito verbaliter. ibid.
Epiſcopus ex cauſa diſpenſare poteſt. ibid.
Epiſcopus ſine facultate Apoſtolica non poteſt transferre Matricem Eccleſiam in aliam partem Diœceſis. pag. 53.
Epiſcopus non poteſt Concubinarium in prima monitione pœna pecuniaria punire. pag. 61.
Et de ratione. ibid.
Epiſcopus differens, remittere Regularem ad ſuum Superiorem, qualiter incidat in cenſuram. pag. 72.
Epiſcopus poteſt diſpenſare, cum conceſſa facultas eſt diſpenſandi. pag. 81.
Excommunicatio cum eſt ferenda pro delicto notorio, non exigit trinam monitionem. pag. 60.
Contraria ſententia affertur; quod adhuc exigatur notoria contumacia. ibid.
Excommunicauit Apoſtolus fornicatorem notorium non citatum. ibid.
Excommunicatio non fertur ab homine, niſi propter contumaciam. pag. 61.
in Excommunicatione, quæ reſpicit futurum, eſt neceſſaria citatio. pag. 61.
Excommunicatio non ligat niſi dolosè detinentes libros prohibitos; non ſi poſt ſcientiam eos comburant, vel abijciant. pag. 90.
Excommunicationis materia non eſt lectio minimæ partis libri prohibiti. ibid.
Excommunicatio non fertur niſi pro peccato mortali. ibid.
Excommunicat Canon Bullæ eum, qui legerit librum hæreticum, non ſi aliquid ex ipſo libro. pag. 90.
Excommunicationem non contrahit legens libros catholicos, continentes Hæreticorum errores; peccat tamen mortaliter, vt, & qui timet ex lectione adhæſurum hæreticæ opinioni. pag. 90.
Executor mixtus, ex quibus clauſulis efficiatur. p. 9.
Executio relictorum piorum ſpectat ad Iudicem Eccleſiaſticum. pag. 18.
Ampliatur, & declaratur. ibid.
Executio teſtamenti deuoluitur ad Epiſcopum negligente hærede intra annum illud exequi. pag. 19.
Et de ratione. ibid.
Quod declaratur. d. pag. 19.
Executor non impeditur per nollentem obtemperare litteris; vnde ceſſat ratio, & finis Clementinæ. pag. 87.
Executionem litterarum dumtaxat impediens moneri poteſt in vim Clementinæ, non alius. ibid.
Exemptus punitur propter offenſas aures Iudicis. pag. 73.
Exercitium, & ſolitum differunt. pag. 64.
Expreſſa, & tacita eſt diſpenſandi facultas; & quænam ſint ſingulæ ſpecies. pag. 81.
Externus Clericus adiens, & recedens, ſi in acceſſu etiam iteratò cognoſcit fœminam, non dicitur Concubinarius. pag. 65.
Extrauagans Ambitioſæ, de rebus Eccleſ. non alien. in quibus bonis loquatur. pag. 52.

F

FActa non præſumuntur. pag. 73.
Falſi crimen non committitur in litteris delegati Apoſtolici. pag. 87.
Filia dicitur dotata, vbi pater illi dotem deſtinauit. pag. 70.
Fornicator qua pœna puniatur. pag. 67.
Fratantiæ in Ciuitate Neapolis habentur pro Beneficijs Eccleſiaſticis. pag. 67.

G

GEneraliter loquens Concilium, eſt ita intelligendum. pag. 72.
Gloſſ. in Clement. Vnic. de Vit. & Honeſt. Cler. memoratur vt ſingularis. pag. 62.

H

HAbitaſſe dicitur, qui ex iuſta cauſa diſceſſit. pag. 71.
Hæreticorum libri ſunt comburendi. pag. 88. & 89.
Hæreticorum libros tenens excommunicatur. ibid.
Hæreticus creditur ille, apud quem libri Hæreticorum inueniuntur. d. pag. 89.
Si tamen deſtruantur, & conſumentur, non eſt indicenda purgatio. pag. 90.
Hyſtriones ſunt perſonæ infames. pag. 54.
Pro Hyſtrionum vſu non debet ſeruire Eccleſia profanata. ibid.
Hyſtriones poſſunt expelli à locis honeſtis. pag. 54.

I

ILlegitimus poteſt retinere portiones dimidias intùs Cathedrales, ex Epiſcopi diſpenſatione. pag. 45.
Cum Illegitimis qualiter diſpenſet Epiſcopus; & an cum non ſubditis. pag. 42.
Cum Illegitimis an poſſit diſpenſare Epiſcopus, quoad beneficia curata, ſi adſit magna cauſa. ibid.
Cum Illegitimis ad ordinem Sacrum non diſpenſat Epiſcopus. pag. 44.
Nec ad obtinendum Canonicatum Eccleſiæ Cathedralis. ibid.
Cum Illegitimo diſpenſat Epiſcopus, vt poſſit retinere Canonicatum Eccleſiæ Collegiatæ. dict. pag. 45.

Impe-

Impediens executionem litterarum Apoſtolicarum, ligatur excommunicatione Canonis Bullæ Cænæ. pag. 86.
Impediens litteras Delegatorum à Sede Apoſtolica, incurrit eaſdem cenſuras. pag. 87.
Et cur. ibid.
Impediens executionem litterarum Apoſtolicarum poteſt ſe defendere per Procuratorem. p. 87.
Impetrans beneficium ob non factam publicationem, tenetur plenè probare. pag. 75.
Impetrans ob non factam publicationem tenetur probare. pag. 76.
Impetrans gratiam, cenſetur fateri omnia in ſupplicatione contenta, nec tenetur illa iuſtificare. pagin. 6.
Quod declaratur. ibidem.
Et ſubdeclaratur. ibid.
Impoſſibilitas inducit probationem. pag. 78.
Incompatibiles actus cum affirmatiua, probant negatiuam. pag. 78.
Inferior poteſt, quæ Epiſcopus, quoties habet territorium. pag. 48.
Inferior vocatur Epiſcopus in ſuo diſtrictu. ibid.
Inferior non poteſt concedere licentiam exercendi Pontificalia. ibid.
Inferior non poteſt legem ſuperioris tollere. pag. 80.
Inferioris diſpenſatio ſine iuſta cauſa non tenet in vtroque foro. pag. 81.
Inquiſitores hæreticæ prauitatis non poſſunt procedere contra diuinatores, niſi ſapientes hæreſim. pag. 89.
Inſignia Pontificalis dignitatis quænam ſint. ibid.
In Iuris patronatus Beneficijs non eſt opus diſpenſatione Epiſcopi, quo ad eorum pluralitatem. pag. 37
Inſtrumentum probatio probata dicitur. pag. 77.
Inſtrumentum ſemper præſumitur verum, validum, & ſolemne. pag. 77.
Inſtrumento deperdito an admittantur alia probationes, & an teſtes ſufficiant. pag. 77.
Concluditur Affirmatiuè, Sed intellige, vt ibid.
Inſtrumentum publicationis reſignationis tutius conficitur à tergo litterarum. pag. 77.
Intellectus ad verba Concilij in cap. 5 Seſſ. 7. de reformat. pag. 50.
Io: Maria Nouarius Iur. Conſ. Lucenſis laudatur. pag. 88.
Irregularis eſt Concubinarius notorius celebrans, pagin. 62.
Contrarium tamen eſt verius. ibid.
Irregularitatem quis non contrahit, niſi in caſibus à iure expreſſis. pag. 50.
Itineris ſuſceptio eſt loco appellationis. pag. 86.
Iudex Eccleſiaſticus punit Concubinam Laici. p. 63.
Iudex Laicus ſubintrat, negligente Iudice Eccleſiaſtico. pag. 64.
Iudici Eccleſiaſtico ſubiecta eſt Concubina, Intellige quoad ipſum peccatum. pag. 64.
Iudex Eccleſiaſticus poteſt Concubinas punire, & publicas, & ſecretas. ibid.
Etiam ob Sacrilegium commiſſum cum ipſo Clerico. pag. 64.
Quod ſpectat ad Eccleſiam. ibid.
Iudex ſæcularis non eſt Iudex executionis relictorum piorum. pag. 18.
Declaratur, vt ibid.
Iudex punit exemptum, propter offenſas ſibi illatas. pag. 73.
Iuriſdictione conceſſa, cenſetur omnia ea conceſſa, ſine quibus illa non poteſt expediri. pag. 73.
Iuriſdictio minoris Iudicis non expirat regulariter per aduentum Superioris. pag. 51.
Iuriſdictio Capituli competit Vicario, ab eodem Capitulo electo. pag. 35.
Iuſtificari debet Narratiua. pag. 1.
Iuſtificari qualitas narrata quando debeat, vt gratia ſuffragetur. p. 2.
Iuſtificanda eſt narratio, etiam ſi negatiuè eſſet concepta. pag. 3.
Et declaratur. ibid.
Iuſtificanda eſt narratiua diſpenſationis. pag. 4.
Et de ratione. ibid.
Quod ampliatur. ibid.
Iuſtificanda non eſt narratiua, ſi appareat Pontificem nolle ſuas litteras impugnari. pag. 5.
Iuſtificatio alterius non requiritur vbi plura narrantur, quorum vnum ſufficiens eſt ad impetrandam gratiam. pag. 7.
Quod declaratur, vt ibidem.
Iuſtificatio narratorum in gratia Auctoris non eſt facienda per ſucceſſores. pag. 7.
Iuſtitia duplex eſt. pag. 82.
Iuſtum quotuplex dicitur. pag. 82.

L

Laici Epiſcopo in ſua Diœceſi ſubditi dicuntur. pag. 27.
Laicus Concubinarius quomodo puniatur per Concil. pag. 57.
Legati de latere ſunt maiores legatis natis. pag. 50.
Legato de latere præſente, vel Cardinali, quanam poſſit Epiſcopus facere. pag. 50.
Legatis veſtibus, veniunt veſtes deſtinatæ. pag. 71.
Legere Scholia hæretica non licet ſub peccato. pag. 90
Legens Catholicorum libros continentes errores Hæreticorum etiam ad verbum, non afficitur cenſura. pag. 91.
Legens tales libros vt ſciat falſa dogmata, non contrahit Excommunicationem, peccat tamen mortaliter, vt & qui timet ex lectione adhæſurum Hæreticæ opinioni. ibid.
Liber collectarum probat collectas eſſe ſolutas, vel non. pag. 78.
Librorum bonorum lectio ad virtutem trahit, malorum vero ad vitia. pag. 88.

Libri

Libri improbatæ lectionis ſunt comburendi. ibid,
Libris, & hominibus malis Rempublicam expurgari conuenit. pag.88.
Afferuntur Doctrinæ, & caſus Ethnicorum. ibid.
Et arguitur ab Ethnicis ad Chriſtianos. ibid.
Libri tam fidei, quam etiam bonis moribus obuerſantes pariſicantur. d. pag. 85.
Libri Hæretici ſunt comburendi. pag.89.
Sub Libris Hæreticis comprehenduntur omnes damnati ab Eccleſia, vt Chyromantiæ, Pyromantiæ, Phiſonomiæ, Hydromantiæ, & Aſtronomiæ. ibid.
Hi enim ſunt prorſus abijciendi, ibid.
Libros Hæreticorum tenens excommunicatur, d. pag. 89.
Libros tales retinens quando excuſetur nec ne. ibid.
Ille apud quem Libri hæreticorum inueniuntur, creditur Hæreticus. d. p. 89.
Si tamen deſtruantur, & conſumentur non eſt indicenda purgatio. pag.89.
Libros tales detinens non ligatur excommunicatione, niſi doloſè detineat; non, ſi poſt ſcientiam eos abijciant. ibid.
Libri prohibiti partem minimam legens non incidit in excommunicationem. pag. 90.
Libri, pauci verſus intelliguntur vna pagina. ibid.
Et probatur. ibid.
Qui Librum hæreticum legerit, Canone Bullæ Cœnæ afficitur; non qui aliquid legerit ex libro. ibid.
Libri Catholici Scholia hæretica legi poſſe, vult Sanchez. pag.90.
Summa D.Thomæ non eſt opus Caietani, etſi vberrimè ab eo comentata. ibid.
Libri legales conſlent ex Gloſſis, tamen non mutant nomen. pag.90.
Librorum Scholia hæretica copioſa prohiberi, parua vero permitti, vult Sanchez. pag.91.
Ligna, & cæmenta Eccleſiæ profanatæ non applicantur vſibus ſordidis. pag.54.
Litterarum relaxatio probat non publicationem. pag.78.
Litterarum Apoſtolicarum executionem impedientes cenſura afficiuntur. Vid.p.86.
Litterarum earum executionem impediens dumtaxat poteſt moneri in vim Clementinæ. pag.87.
Litteris Apoſtolicis non obtemperans non impedit executores ipſarum; quod impedimentum eſt finis Clementinæ. pag.87.

M

Magiſtratus omnes tenentur retinere grauitatem. pag.28.
Mandati Apoſtolici nomine veniunt mandata Delegatorum. pag.87.
in Mandatis Delegati, ponitur Clauſul. Noſtris, immo verius Apoſtolicis obedire mandatis, &c. ibid.

Ad Manifeſtum Concubinatus crimen non eſt neceſſaria apprehenſio in fragranti. ibid.
Mantellettus quanam veſtis ſit, pag.45.
Matricula probat quem eſſe Scholarem. pag.77.
Matrimonij liberi reſpectu, quid ſtatuat Concilium Trid. pag.12.
Matrimonia debent eſſe libera à pœna. pag.14.
Etiamſi interueniat promiſſio cum iuramento. ibid.
Matrimonij libertatem impedit pœna, diminuens ſcilicet patrimonium, non ſi ſit lucrum ceſſans. pag.16.
Matrimonium eſt liberum, etſi ſit ſub conditione petendi conſilium alienius. pag.17.
in Matricem transferuntur onus profanatæ Eccleſia, & etiam emolumenta. ibid.
Amplia idem procedere etiam in Parochialibus etſi iuris patronatus. pag.53.
Matrix Eccleſia non poteſt ab Epiſcopo ſine facultate Apoſtolica transferri in aliam partem Diœceſis. pag.53.
Melius eſt peruerſa dogmata ignorare, quam ea ſcientes in aliquem errorem incidere. pag.88.
Meretrix qua dicatur. p.64.
Minoris Iudicis iuriſdictio regulariter non expirat per aduentum Superioris. pag.51.
Minor debet cedere maiori. ibid.
Miſſam celebrans Pontificaliter in aliena Diœceſi non punitur. pag.50.
Mixtum non continetur ſub ſimplici in odioſis. pagin.68.
De mobilibus bonis ad immobilia idem ius eſt, in materia alienationis prohibitæ. p.53.
Mobilia Eccleſiæ profanari ex cauſa poſſunt. pag.53.
Modus, & forma puniendi laicum Concubinarium affertur. pag.57.
Monitio ad punitionem concubinatus, eſſe debet cum temporis interuallo. pag.58.
Monitionis vnicæ pro trina forma. ibid.
Monitio vnica pro trina, cum temporis interuallo, remittitur arbitrio Iudicis, ibid.
Monitio ad effectum punitionis, eſt facienda coram perſonis idoneis, & perſonaliter. pag.58.
Afferuntur rationes. ibid. & pag. 59.
Monitio aliquibus in caſibus ſufficit facta domi. ibid.
Monitio ſufficit ſi domi fiat, cum reus ſe abſcondit, vel impedit. d. p.59.
Monitio trina iuxta S. Concil. non exigitur in excommunicatione ob delictum notorium. pag. 60.
Monitio facta in Synodo, habet trina monitionis vigorem pag.62.
Hodie à Prælatis illa fieri non ſolent. ibid.
Monitio neceſſaria eſt, cum agatur de priuando hærede, facultate exequendi voluntatem defuncti, pag.20.
Et quotuplex exigatur. ibid.
Et quomodo. pag.20.
Monitio ſufficit ſi domi fiat, cum ſemel præceſſit citatio. pag.59.

b Cum

Cum aliqua citatio domi facta prouenit ad citati notitiam,ibid.
Et cum ob malam abſolutionem iterum conijcitur in excommunicationem,d.p.59.
Monitio ad effectum talis punitionis, debet eſſe competens,ibid.
Et quæ dicitur competens,ibid.
Monitiones permittuntur ad fauorem publicum, d.pag.59.
Monitioni non poteſt concubinarius renunciare, ibidem.
Moneri non poteſt in vim Clementinæ, niſi impediens executionem litterarum,pag.87.
Mora breuis non inducit abſentiam,pag.71.

N

Narratiua debet iuſtificari, pag.1.
Narrata, pars gratiæ ſunt, pag.2.
Narratiua eſt iuſtificanda,etiamſi negatiuè eſſet concepta,pag.3.
Narratiua diſpenſationis eſt iuſtificanda,pag.4.
Et de ratione,ibid.
Quod ampliatur,ibid.
Narratiua non eſt iuſtificanda,ſi appareret, Pontificem nolle ſuas litteras impugnari, pag.5.
Quod ampliatur,ibid.
Narratiua an ſit iuſtificanda coram executore Apoſtolico mero,pag.9.
Narratiua,quatenus idoneus reperiatur, non eſt iuſtificanda,pag.9.
Narratiua tamquam de beneficio reſeruato, non eſt iuſtificanda à prouiſo Apoſtolico,pag.11.
Declara,vt ibid.
Narratiua in caſibus in quibus eſt iuſtificanda, non exigitur plena iuſtificatio,ibid.
Quod declaratur, vt ibid.
Nati ex publico concubinatu ſunt inſucceſſibiles, pagin.57.
Negatiua tam facti, quam qualitatis eſt probanda ab impetrante,pag.3.
Quod declaratur,ibid.
Negatiua probatur eo ipſo quod contrarium non probatur,pag.73.
Negatiua narrata in gratia eſt iuſtificanda, pagina 75.
Negatiua non factæ publicationis non probatur ex publicatione facta extra tempus, pagina 75.
Negatiua non publicationis non probatur ex confeſſione reſignatarij, pag.76.
Pro negatiuæ probatione deſideratur Pontificia Conſtitutio, ibid.
Et de proficuis effectibus ipſius,ibid.
Negatiua publicationis probatur ex Regiſtro Cancellariæ Ordinarij,& Archiuij,pag.76.
Negatiua probatur per productionem ſcripturæ, ibidem.
Negatiua probatur per actus incompatibiles cum affirmatiua,ibid.
Negatiua probatur per actus,quibus poſitis,tacitè reſultat,ibid.
Et per eos, qui actum affirmatiuum facere debebant,ibid.
Negatiua probatur per teſtes, qui affirmatiuam ſcire conſueuerunt,pag.79.
Debent tamen tales teſtes concordare, ibid.
Negatiua publicationis probatur etiam per coarctationem loci, & temporis, ibid.
Et per confeſſionem partis, & hoc ſtrictius, ibidem.
Negatiua non publicationis probatur ex collatione facta Reſignatario poſt tempus præfixum, ibidem.
Poteſt enim interim alia prouiſio intercedere, publicata in tempore,ibid.
Negligente Iudice Eccleſiaſtico in procedendo in crimine Concubinatus,ſuccedit Iudex Laicus, pagin.64.
Nominatio Concubinæ ſub verbo Vxoris,in teſtamento: pro hoc non probat eam eſſe vxorem; quia id fieri præſumitur pudoris gratia, pagina 57.
Non probatur inualiditas publicationis ex eo quod ſit facta extra tempus; & cur, pagina 79.
Notorium delictum non exigit trinam monitionem, eum per eo fertur excommunicatio, pagina 60.
Contraria ſententia affertur, quod adhuc exigitur notoria contumacia; Et eſt verior, ibid.
Reſoluuntur obiecta,ibid.
Notorietas in dubio relinquitur arbitrio Iudicis, pagin.60.
Nulla eſt excellentior probatio partis confeſſione, pag.79.

O

Obligatur Epiſcopus ad ſacrificandum, ſaltem ſingulis Dominicis,pag.28.
Obligatur Epiſcopus habere familiares, & ſeruos optimę probitatis,pag.29.
In odioſis caſus mixtus non continetur ſub ſimplici,pag.69.
Omnes Magiſtratus tenentur retinere grauitatem, pagin.28.
Onus reparationis intelligitur deductis oneribus, pagin.55.
Oratio,& Miſſa ſacrificium debent eſſe arma defenſionis Epiſcopi,pag.29.
Orare debet continuò Epiſcopus pro ſuo popolo, pagin.29.
In Ordinum collatione Epiſcopus vtitur Pontificalibus,p.46.
Ad ordinem ſacrum non poteſt Epiſcopus cum illegitimo diſpenſare,pag.44.

Ordi-

Digitized by Google

Ordinem quem non habet miniſtrans, deponitur à ſuſceptis, ibid.
Ordinatus ab alieno Epiſcopo, poteſt à ſuo Diœceſano diſpenſari, pag.45.
Et an tals ſit potius ratificatio, ibid.
Ordinarij appellantur habentes quaſi Epiſcopalem iuriſdictionem, pag.34.
Ordinariorum appellatione veniunt Abbates, etiamſi Commendatarij, ibid.
Ordo tenendus ad profanationem Eccleſiæ, recenſetur, pag.52.
Ordinario maior eſt delegatus in ſuo munere, pagina 87.
Oſtium domus non venit ſub clauſtro domus, nec è contra, pag.68.

P

Pallij vſus non poteſt alteri concedi ab Epiſcopo, pag.49.
Parochus non poteſt in ius vocari ſine venia, pagina 27.
Partis confeſſio habet vim inſtrumenti, pag.79.
Partis confeſſione, nulla eſt excellentior probatio, ibidem.
Partis confeſſio ſtrictius probat negatiuam, dict. pagina 79.
Pauperes, & miſerabiles perſonæ ſunt in protectione Epiſcopi, pag.31.
Peccat mortaliter Rector non reparando Eccleſiam ruentem; etſi habeat tenues redditus, pagina 55.
Peccat mortaliter legens libros catholicos, continentes errores Hæreticorum ſine licentia, vt ſciat ea dogmata, pag.91.
Item cum timet ex lectione adhæſurum hæreticæ opinioni, ibid.
Pœnæ non duplicantur, pag.40.
Pœnis legalibus debemus eſſe contenti, ibid.
Pœnæ iuris antiqui contra Concubinarios non cenſentur ſublatæ, per Sacroſ. Conc. Tridentinum, pag.63.
Pœna illa verè dicitur quæ conſiſtit in diminutione proprij patrimonij, pag.16.
Secus ſi in lucro ſolum amittendo, ibid.
Et de ratione, ibid.
Pœnam apponere ſtatutis, dependet à iuriſdictione, pag.39.
Pœnæ contra Concubinarios Clericos recenſentur triginta, remiſſiuè, pag.63
Pœna Concubinatus de Iure Hiſpano, cum Concubina eſt ſoluta, pag.63.
Pœna Clerici, vel Monachi concubinarij, eodem iure, ibid.
Pœna ceſſat, dicto Iure Hiſpano, cum Concubina non eſt publica, ibid.
Vel ſit coniugata, ibid.
Puniri tamen poteſt Clericus indirectè, ſuppreſſo in fœmina nomine Concubinæ, ibid.
Pœna Clerici Concubinarij affertur iuxta Concil. Trident. ibid.
Pœna Bullæ Sixti Quinti circa delationem habitus, non habet locum per vnicum actum, pagina 64.
Pœna Concilij in Concubinarios Clericos an comprehendat diſtributiones, pag.65.
Et reſoluitur affirmatiuè, ibid.
Pœna Concubinæ non punitur mulier, copiam ſui faciens ob amorem, pag.66.
qua Pœna puniatur fornicator, pag.67.
Pœna Statuti contra inſultantem in domo non extenditur ad inſultantem in oſtio domus, pagina 68.
Pœna excommunicationis, & pecuniaria, eſt ciuilis cauſa; & id poteſt quis ſe defendere per Procuratorem, pag. 87.
Pœna excommunicationis vti maior, non eſt infligenda ob minorem cauſam, pag.90.
Non fertur niſi pro peccato mortali, ibid.
Pœnæ infligendæ Clerici Concubinæ referuntur, pagina 56.
Pœnæ Concubinarij Laici adducuntur, pag.57.
Perſonæ quatuordecim recenſentur, quæ incurrunt cenſuram contra executionem Litterarum Apoſtolicarum impedientes, pag.86.
Et ſubinde quinque perſonarum genera, contra quas, actiones fieri probibentur ſub dicta cenſura, ibid.
Perſuaderi continentia poteſt, at non imperari, pagina 67.
Populus poſt Rectorem cogi poteſt ab Epiſcopo ad Eccleſiæ reparationem, pag.54.
Pontificalium exercitium reſpicit iuriſdictionem contentioſam, pag.46.
Pontificalibus vtitur Epiſcopus in collatione Ordinum, ibid.
Pontificalium inſignium nomine quæ contineantur, pag.47.
Pontificalium ſub vſu venit Benedictio, pag.46.
Pontifex poteſt concedere inferiori vſum Pontificalium, pag.49.
Pontificaliter Miſſam celebrans Epiſcopus in aliena Diœceſi non punitur, ibid.
Pontificia Conſtitutio deſideratur pro modo probandi Negatiuam publicationis, pag.78.
Et de proficuis effectibus ipſius, ibid.
Portiones dimidiæ intus Cathedrales poſſunt retineri per illegitimum ex diſpenſatione Epiſcopi, pag.45.
Poſſeſſio etiam contra ius, coadiuuata aliquo titulo, releuat ab onere iuſtificandi gratiam, pagina 10.
Quod declaratur, ibid.
Poſſeſſor Beneficij titulum probare non tenetur Superiore inquirente, pag.76.
Poſſeſſio triennalis defendit reſignatarium, vt ei non

poſſe obijci non publicatio vel ea vti non facta in tempore,pag.75.
Poſſeſſor Beneficij non tenetur probare titulum, pagina 76.
Præſumitur in tempore facta publicatio per reſignatarium, nec id tenetur probare, pag. 75.
Contra præſumptionem iuris, & de iure non admittitur, niſi partis confeſſio,pag.79.
Præſumitur non actum,quod non reperitur ſcriptum in actis,ibid.
Princeps dicitur eſſe qui eſt Epiſcopus, pag.25.
Immo maior Principe ſæculari,ibid.
A Principibus eſt obediendus Epiſcopus, dicta pagina 25.
Et Principem poteſt iudicare, ibid.
Probatur non publicatio per coarctationem loci, & temporis,pag.79.
Probatur Negatiua, eo ipſo quod contrarium non probatur,ibid.
Probari non poteſt Negatiua non factæ publicationis, ex publicatione facta extra tempus, ibid.
Nec ex confeſſione reſignatarij,pag.76.
Probatio probata dicitur eſſe inſtrumentum, pagina 77.
Probationes aliæ num admittantur pro publicatione probanda, ſi deperditum ſit inſtrumentum, pagina 77.
Affirmatiuè concluditur. Sed intellige vt ibid.
Probatio per teſtes ſupplet deperditionem litterarum, pag.77.
Probationis difficillima eſt negatiua publicationis,pagina 78.
Probatur publicationis negatiua ex regiſtro Cancellariæ Ordinarij, & Archiuij publici, pagina 78.
Probatur qualitas Scholaris ex Matricula, & liber Collectarum probat earum ſolutionem, vel non d.pag.78.
Probatur Negatiua per productionem ſcripturæ, ibidem.
Probatur non publicatio ex relaxatione litterarum, pag.78.
Probationem inducit impoſſibilitas, dicta pagina 78.
Probatur negatiua per actus incompatibiles cum affirmatiua,d.pag.78.
Probatur Negatiua per actus, quibus poſitis tacitè reſultat,ibid.
Probatur etiam per eos,qui actum affirmatiuum facere debebant,ibid.
Probant Collegiales actum ab illis faciendum non fuiſſe factum,ibid.
Idem de teſtibus teſtamentarijs,ibid.
Probatur Negatiua per teſtes, qui affirmatiuam ſcire conſueuerunt,ibid.
Debent tamen teſtes concordare,pag.77.
Probatio quæ fit a communiter accedentibus concludit præſumptiuè tamen, ibid.
Non probant fœminæ apocham; cum ſubſcribentes ſe chyrographo mares eſſe debeant, pagina 80.
Probatio Concubinatus ex quibus deducatur, pagina 57.
Probatio Concubinatus debet eſſe concludens, pagina 60.
Probatur ſufficienter Concubinatus ex depoſitione, quod Concubina ſtet publicè parata ad concubitum cum concubinario, præcipuè ſi interueniat conſuetudo,pag.69.
Procuratore mediante,poteſt quis ſe defendere in pæna excommunicationis, & pecuniaria, vtpotè Ciuili cauſa,pag.87.
Profananda eſt Eccleſia,cum magna inopia, vel loci indecentia interceſſerit, pag.52.
Profanatio Eccleſiæ regulariter eſt prohibita, ſed quando non,ibid.
Profanari poſſunt mobilia Eccleſiæ, ex cauſa, pagina 53.
Ad profanationem Eccleſiæ ordo tenendus refertur,pag.53.
Cum profananda eſt Eccleſia,lapides, & cæmenta poſſunt vendi ; vt tamen non conuertantur in ſordidos vſus,ibid.
Profanata Eccleſia, onus transfertur in Matricem cum omnibus emolumentis,ibid.
Amplia idem procedere etiam in Parochialibus, etſi Iurispatronatus, ibid.
Profanari non debet Eccleſia ſi poteſt reparari, etiam quod Rectori nihil ſuperſit, pag.55.
Profeſſio fidei,ſi omittatur per Beneficiatum,amittuntur fructus, ſed non diſtributiones, pagina 65.
Prohemium demonſtrat intentionem finalem diſpoſitionis,pag.87
Prohibitio Concilij in ijs verbis, reſpicit non vſum tantum Pontificalium, ſed exercitium eorum ſuper alios,pag.50.
Prohibitum fieri in Clauſtro, dicitur prohibitum fieri in Oſtio,pag.68.
Prouentuum, verbum, includit diſtributiones quotidianas,pag.65.
Publicatio eſt pars gratiæ,pag.73.
Publicatio an ſit facta in tempore præſcripto, probatur per annotationem ipſius publicationis, pag. 79.
Publicationis inualiditas non probatur ex eo quod ſit facta extra tempus, & cur, dicta pagina 79.
Publicationem non eſſe factam, non probatur ex collatione facta Reſignatario poſt tempus præfixum, ibid.
Publicationis inſtrumentum ſcribitur à tergo litterarum,pag.76.
Puniri non poteſt pœna pecuniaria Concubinarius in prima monitione,pag.61.
Punitur Concubina Laici à Iudice Eccleſiaſtico,ibid.

Puniri poſſunt ab eo, Concubinæ, & publicæ, & ſecretæ, pag.64.
Etiam ob ſacrilegium commiſſum cum ipſo Clerico, ibid.
Quod ſpectat ad Eccleſiam, ibid.
Puniendus eſt lenius Clericus etiam in Sacris, repertus cum muliere, pag.67.
Punitur Regularis ab Epiſcopo cum in eius carceribus delinquit; eo quia videtur ibi ſtare extra clauſtra, etſi ibi degat de ordine Superioris, pagina 72.

Q

Qualitas narrata quando ſit iuſtificanda, vt gratia ſuffragetur, pag.2.
Qualiter incidat in cenſuras Epiſcopus differens remittere Regularem ſuo Superiori puniendum, pag.72.

R

Rector peccat mortaliter, non reparando Eccleſiam ruentem; etſi habeat tenues redditus, pag.55.
Rector Eccleſiæ, & poſt eum populus cogi poteſt ad Eccleſiæ reparationem, pag.53.
Regularis poteſt ab Epiſcopo compelli ad reddendam rationem executionis, pag.21.
Ampliatur ad Capitulum, Sede Vacante, ibidem.
Regulares an & quando eſſe poſſunt executores piarum voluntatum, remiſſiuè, dicta pagina 21.
Regularis manens de licentia Superioris extra Clauſtra, ſi delinquat, poteſt capi ab Ordinario loci, pag.70.
Regularis delinquens in carceribus Epiſcopi, ab eo punitur; eo quia videtur ſtare extra Clauſtra, licet ibi degat de ordine Superioris, pagina 72.
Regula Cancellariæ deroganda, &c. Vid. Derogatiua, &c.
Regula 8. Cancellar. decretum irritans ligat etiam ipſum Papam, pag.84.
Et cur, ibid.
Reipublicæ intereſt eam malis, & hominibus, & libris expurgari, pag.88.
Aſſeruntur doctrina, & exempla Ethnicorum, ibid.
Arguitur ab Ethnicis ad Chriſtianos, dicta pagina 88.
Religioſus an, & in quibus eſſe cenſeatur, qui eſt Nouitius, pag.51.
Renunciare quilibet poteſt iuri ſuo, pagina 59.
Renunciare non poteſt Concubinarius monitioni, pagina 59.
Renunciari non poteſt repetitioni teſtium, pagina 60.
Reparationis Eccleſiæ onus intelligitur deductis oneribus, pag.55.
Si reparari poteſt Eccleſia non profanatur, etiam ſi nihil remanet Rectori, ibid.
Reſignatarius tenetur verificare ſuam gratiam, pagina 73.
Reſignatarius quomodo, & quando teneatur docere de publicatione, pag.77.
Reuelantibus delicta poteſt Epiſcopus ponere indulta, pag.36.
Reuerſurus de proximo, habetur pro reſidente, pagina 51.
Reus vbi habet plures Iudices, illi competit electio, pag.51.

S

Sacra Concilij Tridentini diſpoſitio affertur in c. 2. Seſſ.23. de reform. pag.22.
Sacra Concilij Tridentini diſpoſitio. Adducitur in capitul.17. Seſſion.25. de reformat. quo ad honorem, & reuerentiam Epiſcopi, pagina 25.
Sacra Concilij Tridentini diſpoſitio adducitur in c. 5. Seſſ.7. de reformat. quo ad vſum Pontificalium, pag.46.
Sacri Concilij Tridentini verba in materia non exercendi Pontificalia in aliena Diœceſi, ſine licentia Ordinarij, pag.50.
Sacra Concilij Tridentini diſpoſitio affertur, in cap. 3. Seſſ.6. de reformat. pag.68. Et in cap.14. Seſſ. 25. de reformat. circa materiam cognitionis delicti Regularium, pag.68.
Sacrilegium commiſſum cum Clerico per congreſſum ſpectat ad Eccleſiam, pag.63.
Scholaris probatur ex matricula, pag.77.
Scholia, ſeu aditiones hæreticæ in libro Catholico, etſi copioſas, poſſe legi, cenſet Sanchez, pagina 90.
Scholia hæc non licet legere ſine licentia ſub peccato mortali, pag.90.
Scriptum quod non reperitur in actis, præſumitur non factum, pag.79.
Sede vacante Capitulum habet omnia quæ & Epiſcopus viuens, pag.47.
Sede vacante, poteſt Capitulum dare licentiam Epiſcopo, exercendi Pontificalia in eius Eccleſia, ibidem.
Sereniſſimus dicitur eſſe Epiſcopus, pag.25.
Simoniacus poteſt diſpenſari per Epiſcopum, pagina 40.
Non tamen Simoniacus in ordine, ibid.
Bulla Pontificis affertur, pag.41. & 42.
Simonia, vbi eſt commiſſa ignoranter, poteſt haberi diſpenſatio ab Epiſcopo, d.p.42.
Sodomita non dicitur per vnicum actum, pag.64.
Statu-

INDEX

Statutum prohibens filium nubere ſine conſenſu patris, non valet. pag. 12.
Statutum prohibens matrimonium contrahi extra perſonas territorij, ſub pœna amiſſionis hereditatis, valet. pag. ibid.
Affertur aliquorum ſententia negatiua. ibid.
Confirmatur oppoſita. pag. 16.
Statuta condere poteſt Epiſcopus in eius Synodo. pag. 38.
Contra Statuta Synodalia an poſſit Epiſcopus diſpenſare. pag. 39.
Statutis pœnam apponere dependet à iuriſdictione. d. pag. 39.
Statutum puniens inſultantem in domo, non comprehendit inſultantem in oſtio domus. pagina 68.
Suffraganeus coram Archiepiſcopo non poteſt portare Rocchettum. pag. 51.
de Superioris mandato abſens, non dicitur abeſſe. pag. 70.
Superiorem adiens non delinquit. pag. 86.
Suſpicio patens eſt peior vitio latenti in Epiſcopo. pag. 29.
Suſpenſio eſt pœna. pag. 49.
Suſpenſus, ſi ſit Epiſcopus, poteſt conferre Beneficium, excommunicare, & ſententiare. dict. pag. 49.

T

Taberna dicitur locus inhoneſtus. pag. 54.
Tabernas prohibentur Clerici exercere. dicta pag. 54.
Taberna permittitur in Eccleſia profanata. ibid.
Tenor affertur Sacr. Concil. Trident. Seſſ. 24. cap. 8. de Reformat. in materia Concubinatus. pag. 57.
Terminus ad punitionem Concubinarij, debet eſſe competens, & iuridicus. pag. 59.
Teſtamenti execusio negligente hærede intra annum, deuoluitur ad Epiſcopum. pag. 59.
Affertur ratio. ibid.
Declaratur Propoſitio. ibid.
Teſtatoris voluntatem debet Epiſcopus exequi. pagina 20.
Teſtator non poteſt prohibere ne Epiſcopus negligente hærede non poſſit ſe intromittere. dicta pagina 20.
Teſtator non poteſt eximere executores à reddendis rationibus. ibid.
Et probatur. pag. 21.
Teſtator fundans Capellam, non poteſt eum eximere à poteſtate Epiſcopi. ibid.
Teſtes quomodo deponere debeant ſuper Concubinatu. pag. 67.
Teſtes duo ſufficiunt ſi ſint idonei ad probandam publicationem. pag. 77.
Teſtes ſupplent defectum inſtrumenti deperditi. dict. pag. 77.
Teſtes teſtamentarij probant de legato non facto in teſtamento. pag. 78.
Teſtes qui affirmatiuam ſcire conſueuerunt, probant negatiuam. ibid.
Debent tamen tales teſtes concordare. dicta pagina 78.
Teſtificantes ſe inſtrumentum vidiſſe, vt probant, duo requiruntur; & quæ. pag. 79.
Teſtibus illiteratis de mixto imperio deponentibus non creditur. pag. 80.
Teſtibus peritis magis quam alijs creditur. ibid.
Titularis Epiſcopus poteſt exercere Pontificalia, de licentia Ordinarij loci. pag. 49.
Triennalis poſſeſſio defendit reſignatarium, qui habet titulum, & poſſeſſionem, vt ei obijci non poſſit non publicatio, vel ea non facta in tempore. pag. 25.
Trina monitio, iuxta Sacr. Concil. non exigitur in excommunicatione ob delictum notorium. pag. 60.

V

Valor expreſſus verificandus eſt, etiam ab obtinente gratiam in forma pauperum. pagina 4.
Et quæ ratio habeatur. ibid.
de Valore exceſſus beneficij. ibid.
Et quomodo probetur. ead. p. 4.
Verbum, Prouentuum, includit diſtributiones quotidianas. pag. 65.
Vnicus actus non facit Sodomitam. pag. 64.
Verbum, Quorumcumque, dicitur vniuerſale. pag. 67.
Verificare tenetur Reſignatarius ſuam gratiam. pagina. 73.
Verſus pauci alicuius libri, quoad probibitam lectionem cenſentur vna pagina. pag. 90.
Vicarius Capitularis non poteſt concedere licentiam exercendi Pontificalia, Epiſcopo extero. pag. 48.
Vicarius poteſt dare eam licentiam, ſi ſpecialem habet commiſſionem. ibid.
Et affertur deciſio S. Congregationis ad propoſitum. ibid.
Vicarius Generalis non poteſt ſine ſpeciali mandato dare licentiam extero Epiſcopo exercendi in Diæceſi Pontificalia. pag. 49.
de Vicarij facto tenetur Epiſcopus ad damna, & intereſſe. pag. 31.
Vicarius appellatur Ordinarius. pag. 31.
Vicarius Epiſcopi quam iuriſdictionem habeat, ibidem.
Vicarij Tribunal dicitur idem cum Epiſcopo. ibidem.

Vica-

Vicarius regulariter poteſt, quæ Epiſcopus, Declara, vt ibi.

Vicario Capituli competit iuriſdictio reſidens penes ipſum Capitulum. pag. 35.

Volumina Ciuilia, & Canonica, etſi ex maiori parte conſtent ex Gloſſis, tamen non mutant nomen. pag. 90.

Vſus Pallij ab Archiepiſcopo alteri concedi non poteſt. pag. 49.

Vſurarius quis non creditur apud quem inſtrumenta, & libri vſurarum inueniuntur. pagina 89.

F I N I S.

Digitized by Google